ſiderij vitādo q̄ debet vitare deſiderā
do que debet deſiderare. idō iuſte pri=
uatur hoc lumine ⁊ mittitur in tene
nebras eternales. Caueāt ſecūdo ne
ſint ſimiles vincto: nōne fatue agit Nota
vinctus exñs in teterrimo carcere et
obſcuriſſimo cui cū aperit carcer vt
videat lumē non vult exire:ſic lumē
gratie ſemꝑ eſt pñs per quod poteri
mus dimittere tenebras peccati ⁊ tñ
nolumus eū ſuſcipere. Caueant ne Nota
ſimiles ſint ceco corporali cui offert
lumen et non vult aperire oculos vt
videat ſi cadat in foueā eius culpa ē
ſic gratia lumen eſt aīe. Jo.iij. Lux
venit in mundū.ſunt nanqꝫ pctōres
gratie reſiſtētes ſicut nicticoraces lu
mini.io.iij.et dilexerūt hoīes magis
tenebras q̄ lucem erant ei opera eo
rum mala. Oīs eñ q̄ male agit odit
lucem et nō venit ad lucē vt nō argu
antur opera eius. vñ talibus ſic hāc
gratiam et hoc lumē refutātibus et
non querentibus imprecatur male=
dictionem aug.dicēs ve cecis oculis
qui te eternuꝫ lumen non viderunt.
Caueāt peccatores ne ſint ſicut par=
uuli pueri qui quando ducuntur ad
ciuitates bonas aſpiciūt hinc ⁊ inde
merces pileos rubeos ⁊ albos(⁊ des
piroettes)et ſic de alijs minimis re=
bus,et precioſas margaritas non cu

M.E.C.D. 2016

rant iſpicere ⁊ cetera magno p̄cio di=
gna qui q̄n reuertātur ad ꝓpria nar=
rant ſe vidiſſe(des piroettes) ⁊ alias
fatuitates ſed ſi queratur vidiſtis ne
precioſas merces hec fatentur ſe nō
inſperiſſe. Iſtis ſimiles terreni ter=
rena inſpiciētes et affectātes ad hec
oculos ſuos declinātes et aperiētes
ad diuina aūt et cetera p̄cioſa noſtre
ſalutis inſignia ſunt ceci et in fine vi
te fatebunt velle nolle dicere hec ter
rena inſperiſſe ꝓpter quod iuſte ve=
ro lumini priuabūtur. qđ ne nobis
id contingat mentis oculos aperia=
mus et hoc lumen quo ceci illumi=
nati dicuntur in euangelio toto poſ=
ſe deſiderantes dicamus cuꝫ pſalm̄.
Illumina oculos meos ne vnq̄ꝫ ob=
dormiaꝫ in morte vt reſpondere do=
minus dignetur. ite renūciate iohā=
ni hoc eſt ei qui eſt in gratia. ceci vi=
dent. claudi ambulant ꝛc. vbi ſex no=
tantur. Diuine cognitionis illuſtra=
tio: ceci vident. Voluntatis diuine ex
pletio: claudi ambulant. Diuini ver
bi diligens auditio ſurdi audiūt. In
terioris hominis viuifica renouatio
mortui reſurgunt. Sextum eſt pau=
perum euāgelizatio: pauperes euan
gelizantur. Primo notatur diuine
cognitionis illuſtratio. nam mēs ra
tionalis in puris naturalibus poſita
eſt in diuinorū cognitione quaſi ce=
ca. In aduentu autem ſummi regis
qđ erat tortum et indirectum factū
eſt rectum ideo dicitur claudi ambu
lant vſq̄ꝫquo ergo claudicatis in du
as partes ſi dominus deus veſter eſt
ſequimini eum ſed modo in eccleſia
prelati ꝙ maxime claudicant. Erat
quidem auriga qui vocabatur tout
⁊ claudicabat ⁊ dicebat(mal va tout)
iſte habebat currum vel vnam qua=
drigam cum quattuor equis et pri=
mus erat cecus qui alios ducebat ta
les ſunt prelati epiſcopi qui ſūt clau
di qui nichil ſciunt de antiquo teſta=
mento nec de nouo quod ſignāt duo
cornua pendentia in mitra corū in
aduentu autē noui regis ſaliet ſicut

D Sex per q̄ quis pōt cognoſcere p̄ſentiā diuinam in anima ſua.

ceruus claudus. yſaie. xxxv. Tertiuꝫ
eſt defectuum culpabiliuꝫ omnimo
da depuratio quod notatur in lepro
ſorum mundatiōe cum dicitur lepro
ſi mūdatur. i. viuētes inordinata cō=
cupiſcentia carnis contra rationem
hanc malam concupiſcentiam depri
mit gratia dei. Et illa carnalis infe=
ctio comparatur lepre ratione macu
le et immundicie q꞉ maculat corpus
et animam prime corinth. vi. Omne
enim peccatum quodcunq̄ꝫ fecerit
homo extra corpus eſt. qui autēꝫ for
nicatur in corpus ſuum peccat. hoc
vicium non ſolum fedat animaꝫ ſꝫ
perſonam. aduenıente autem gratia
dei mens de talibus contagiis depu
rabitur ꝓpterea dicit ber. ſuper cāt.
Gratia dei eſt ignis ardens omnēm
rubiginem peccatorum conſumēns
Quartum eſt diuini verbi diligens
auditio. luc. viij. Beati qui audiunt
verbum dei et cuſtodiunt illud. ideo
dicitur. yſaie. xix. Audiēt verba libri
huius et facient ea que in eo ſcripta
ſunt. et hoc aure exteriori primo. io.
viij. Qui ex deo eſt verba dei audit
q꞉ primordium ſanctitatis eſt verbū
veritatis. Alio modo aure interiori
p̄s. lxxxiiij. Audiam quid loquatur
in me deus ſcꝫ aure mentis et ſpiri=
tus. dicamus igit̄ domino deo noſtro
Aperi aures meas q̄bus voces tu=
as audiam. domini habetis aliq̄n bo
nas inſpirationes habetis tot predi=
cationes et predicatores adeo ꝙ nul
lus debet excuſari de ignorantia ⁊ ta
men non ceſſatis peccare vere vos
prouocatis iram dei contra vos ⁊ ſi=
gnum eſt ꝙ non habetis criſtum vo
biſcum et ꝙ nondum venit nec vi=
ſitauit cōſciētias veſtras q꞉ q̄ ex deo
eſt verba dei audit vel ſi audient nō
faciunt ea. vnde. Mat. vij. Qui au=
dit verba mea et non facit ea ſimi=
lis eſt edificanti domum ſuam ſup
arenam et venerunt flumina et fla=
uerunt vēti et corruit illa domus q꞉
non erat fundata ſupra firmam pe=
tram. Quintum ſignum diuine pre

M.E.C.D. 2016

ſentie cognoſcitur per interiorez ho
minis renouationem quod notatur
in mortuorū ſuſcitatione cuz dicitur
mortui reſurgunt. Surge igitur qui
dormis et exurge a mortuis et illu=
minabit te xp̄s qꝛ vt dicitur ezech.
xviij. Anīa q̄ peccauerit ipſa morie=
tur. et iacobi primo. Peccatū cū con
ſummatū fuerit generat mortez. no
tandum aūt ꝙ ſecundum interiorez
hominē mortui ſumus tripliciter ſe
cundum mortē triplicez anime. Pri

E
Mors ſpi=
ritualis tri
plex.

ma mors eſt ſeparatio anime a deo
que fit per peccatuz mortale. ezech.
xviij. anima q̄ peccauerit ꝛc. et aug.
xiij. de ciuitate dei. Mors aīe eſt cuz
eam deſerit deus. Secūda mors eſt
ab operibus bonis ocioſa vacatio.
vel ſeparatio operuz a fide. Jaco. ij.
Fides ſine operibus mortua eſt qn̄
ſcilꝫ homo putat ſe ſola fide ſaluari
poſſe et non curat benefacere: et hec
eſt ſecunda mors anie. vn̄ greg. dicit
ꝙ vera fides eſt que hoc quod dicit
verbis moribus nō contradicit. tunc
enī veraciter fideles ſumus ſi quod
verbis ꝓmittimus hoc bonis operi
bus adimplemus qꝛ vt dicit᷑. Math.
vij. Non omnis qui dicit michi dn̄e
dn̄e intrabit in regnū celorū. Tertia
mors eſt mētis ab actu cōtemplatio
nis erūnoſa reuocatio vel diſtractio
vt qn̄ mens hoīs ab actu contempla
tionis reuocata tanto langore in ſe=
ipſa ꝯſternit᷑ ꝙ potius optaret mori
ꝙ guſtata ſic ſuauitate diuia ad car
nis moleſtias redire. vn̄ ber. ſuper
can̄. Aīa que ſemel in cōtemplatiōe
dulcedinē diuinā guſtauit neſcio an
ipſam gehennā ad tempus experire
tur horribilius et penalius ꝙ ꝓ mo
dico ab illa ſuſpēdi. ſed dei gratia in
mentē veniens ab hac triplici morte
animā reſuſcitat ad vitā. Sextum ſi
gnum diuine p̄ntie eſt pauperū euā
gelizatio de quo dicit textus. Pau=
peres euangelizant᷑. Ante enī aduē=
tum filij dei eramus pauperes pau
pertate de qua loquit᷑ ber. Pauper
tas pernicioſa eſt meritorū penuria
Sed per gratie dei per preſentiā hō
in magnis operibus ſe exercitat per
que ditat᷑ virtutibus ⁊ merita ſibi ac
cumulat et ſaluatur. de his pauperi
bus dicit. p̄s. lxvij. Paraſti in dulce
dine tua pauperi deus ſcilꝫ diuitias
meritorū et yſaie. xxix. Paupes ho=
mīes in ſancto iſrael exultabūt hāc
gratiā igit᷑ deſideremus qꝛ ꝑ eā eri=
mus ſponſe xp̄i filie patris eterni et
templū ſpiritusſancti qđ nobis cōce
dat xp̄s virginis dulciſſime. Amen.

¶ Feria ſecunda.

Ecce rex tuus ꝛc. Beatus
hō qui ſemꝑ eſt pauidus ꝓ
uer. xxiij. Qđ verbū expo=
nēs bernardus dicit ꝙ ex pauore vel
ex timore dn̄i tria ſequuntur.

Culpa remittitur
Gratia confertur
Vita iuſti perficit᷑

¶ De primo
eccli. i. Tior
dn̄i expellit
pctm̄. et hoc verū eſt triplici conſide
ratiōe. Prio ex parte dāni illati que

A
Tionis tri
plex vtili=
tas.

inducit cōtritionē ex parte future cō
fuſionis q̄ inducit ꝯfeſſionē Eterne
damnationis que tūc inducit ſatiſfa
tionem. de ſecūdo timor dn̄i fons vi
te. nā ſicut a fonte orit᷑ riuulus ſic ꝑ
timorē gratia dei in anīa nr̄a. de ter=
tio ꝓuer. Timore dn̄i decliat omnis
a malo et qui timet deū nichil negli=
git. eccl̄s. vij. Hec requirunt᷑ in no=
bis in aduentu ſaluatoris iuxta dictū
paul᷑. ad Ro. xiij. Abijciamus opera
tenebraruz et induamur arma lucis
beat⁹ ergo hō q̄ ſemꝑ eſt pauidus et
qui timet deū cōtinue ⁊ inſtāter ⁊ pa
uidus eſt qꝛ nō ſeruiuit deo ſicut de=
buit. hic timor in eo tria bona opera
tur nā expellit pctm̄ nā vt ſtatim in=
greditur in conſciētia tua cor tuū ti=
more cōcutitur et cōcuſſum ad deuz
conuertitur cōuerſum aūt illumina
tur illumiatū videt in magna diſpli
centia que cōmiſit. diſplicētia autez
talis ſtatim inducit cōtritionem ⁊ pe
nitentiā que habita peccatū expelli=
tur et cor a ſordibus mundatur Qui

M.E.C.D. 2016

Igitur timet deuꝫ conuertetur ad coꝛ
ſuum eccli.xxi. Secundo culpa re=
mittitur in gratiarū collatiōe. timoꝛ
domini fons vite eccli.ij. Qui timēt
deum cuſtodiūt mandata eius q̄ im
pleta gratiā ꝓmerentur. timoꝛ ergo
domini fons vite hec gratia compa
ratur recti fonti: nam ſicut peregri=
ni qui ambulauerūt ī feruoꝛe diei ſi
tiunt et delectant̄ et deſiderant repe
rire fontem quē cum inuenerit illic
refrigerant̄. ſic timoꝛ domini dicitur
fons qui refrigerat a feruoꝛe ꝛ calo=
re peccati et inducit gratiā que roꝛat
conſcientiā hoīs peregrini viatoꝛis
ſcꝫ beatus ergo homo qui ſemꝑ eſt
pauidus. Tertia vtilitas eſt qꝛ timo=
re domini vita iuſti perficit̄. timoꝛe
domini decliat omnis a malo ꝓuer.
xvi. Nulluꝫ eſt opus ita arduū quod
non faciat timens deū ſi hunc habe
at timoꝛem. vis eſſe perfectus habe
as hunc timoꝛeꝫ. qui timet deum ni=
chil negligit ꝓpterea eccli.xxiij. Ni
chil melius ꝙ timoꝛ dei. et beat⁹ ho
mo cui donatū eſt, hūc habere timo=
rem eccli.xxv. Quoniaꝫ nichil deeſt
timētibus eū. de hoc effectu timoꝛis
dicit ber. In veritate cōperi nil ita ef
ficax eſſe ad gratiā ꝓmerendaꝫ recu
perandam retinendam ꝙ ꝙ omni
tempoꝛe inueniaris non altū ſapere
ſed timere beatus es ergo ſi coꝛ tuū
iſto timoꝛe repleueris vt timeas pro
accepta gratia. amplius pro amiſſa
multo plus pro recuperata. et qui ta
lis eſt perfectus merito reputatur. ſi
cut fuit beatus nicolaus cui⁹ hodie
feſtum celebratur in quo bene oſten
ſum fuit quomodo tioꝛ et amoꝛ dei
in eo nō fuit ocioſus et tioꝛe domini
nichil negligebat qui propter deum
perfectum ſtatum aſſumpſit et pro=
pter zelum animarum ꝛ ſalutem ca
ruꝫ. nec pepercit pecuniȷ̄s qꝛ vt dici=
tur in legenda eius tres puellas re=
demit a proſtibulo ꝯferendo illis cer
tum pondus auri vt deſponſarentur
et tantum ſcelus non committerent
et quis hec fecit in eo niſi timoꝛ dei

non ſeruilis ſꝫ filialis de quo poteſt
dici quod habet̄ eccli.ij. Qui timent
deum inquirēt que beneplacita ſunt
et quod et fecit que non ſoluꝫ inqui=
ſiuit quid mandauerit dominus qꝛ
hoc propꝛium eſt ſeruoꝛum ſed etiaꝫ
queſiuit que placita erant deo. ideo
perfectus inuentus eſt. hec ꝑ intro
ductione verboꝛū. ¶ Erunt due par
tes. in pꝛima videbimus vnam que=
ſtionem theologaleꝫ. In ſecunda lo
quemur de aduentu filij dei in men
tem. dicto ergo heri quomodo ſpiri
tuſſanctus ingreditur animam no=
ſtrā et quomodo tota trinitas ingre=
ditur animam ad eum veniemus et
manſionem apud eum faciemus et
ſi non preparauerimus nos ſed im
mundi fuerimus animā non ingre
dietur nec in ea faciet manſioneꝫ ſi
cut nec ſtetit columba ſuper terram
cum emitteretur ex archa a noe que
non inueniens vbi requieſceret pes
eius reuerſa eſt in archam. non eniꝫ
facit deus ſicut coꝛuus qui emiſſus
ex archa ſtetit ſuper cadauera moꝛ=
tuoꝛum. querit eñ deus animaꝫ mū
dam cum ipſe ſit mundus. Queri=
tur ergo vtrum criſtus debuerit car Queſtio
nem humanam aſſumere de maſſa
ade. Et ꝙ non patet quia nobiliſ=
ſime foꝛme debetur nobilis et per=
fecta materia ſꝫ añima criſti fuit no=
biliſſima infoꝛmans ſubiectum ſed
materia coꝛrupta non eſt ita nobilis
ergo non aſſumpſit naturaꝫ de maſ=
ſa ade vel de genere noſtro. reſpon=
det bonaduentura diſtinctiōe pꝛima
tij. Quod licitum fuit et congruum
aſſumere noſtram naturam quadru
plici ratione. Pꝛimo ad oſtendendā
diuinam iuſticiam vt eiuſdem natu
re eſſet reparatoꝛ ꝛ pꝛeuaricatoꝛ. Se
cundo ad bonitatem diuinam mani
feſtandam vt a quo fuerat leſus ab
codeꝫ curaretur moꝛbus. Tertio ad
declarandaꝫ diuinam ſapientiam q̄
propter peccatū non variat̄. Quar=
to propter altitudinem humane na=
ture ꝯſeruādā vt nulli eſſet obnoxia

M.E.C.D. 2016

niſi deo vt a ſolo deo repararetur ſi
cut fuit ab eo creata. Diximus ergo
in ſermonibus precedentibus ꝙ de
buit criſtus naturam noſtram aſſu=
mere in vterovirginali. ſed nunc q̄ri
tur an de maſſa et ſemine abrahe.
Nam ſi ſint( des poyſons )in fonte
tota aqua viciatur et riuuli a fonte
procedentes: videtur ergo ꝙ nō fue
rit congruum. Nam anima criſti eſt
obiectū et forma nobiliſſima ex quo
videt̄ incōueniēs eaꝫ aſſerere poni ī
corpe hūano. ſꝫ bonaduētura q̄ttuoꝛ
rationes aſſignat propter quas no=
ſtram naturā aſſumere debuit. Pri
mo propter diuinam iuſticiam ma=
nifeſtandam que requirit reparato=
rem eiuſdem nature cuius erat pre
uaricatoꝛ hec ratio declarabitur ī ſe=
quentibus. Secundo vt oſtenderet=
tur bonitas diuina in reparatione q̄
noluit perdere humanam naturam
ſed pro ea redimenda aſſumpſit eaꝫ
vt oſtenderet ſuam miſericoꝛdiaꝫ er
ga peccatores et hec ratio multū de
bet inflāmare peccatores in amorē
eius. Tertio ad manifeſtandam di=
uinam ſapientiaꝫ que non variatur
propter accidens aliquod vel ꝑpter
malefacta noſtra. Nam ab eterno
diſpoſuerat venire in mundū et car
nem aſſumere in vtero virginali ac
ſi adam non peccaſſet licet tunc non
ſubijſſet penas et moꝛtē ⁊ ſic de alijs
ideo noſtram naturā aſſumendo nō
variata eſt propterea ſua ſapientia.
Quarto ꝑpt nobilitatē et celſitudi
nē hūane nature cōſeruandā. vn̄ di
cit gre. in benedictōe cerei paſcalis.
O felix cl'pa q̄ talē ac tm̄ meruit ha
bere redēptorē. et aug. dicit ſup. xx.
ps. Saluū me fac de' qm̄ ītrauerūt
aque ⁊c. et infixus ſuꝫ in limo profun
di vbi non eſt ſubſtantia vtinā dicit
ille non fuiſſet peccatuꝫ ade qꝛ non
fuiſſes in limo ꝓfundi infixus. ideo
videtur repugnare augu. dicto gre.
dic ꝙ concoꝛdādo hos duos paſſus.
Prio q̄ ad dictū gre. Felix culpa nō
in ratione culpe qꝛ ſic cōſiderata cul
pa dicitur mala eſſe. alio modo dici=
tur felix ex parte redimentis: et obie
cti qꝛ talē ac tantū habuit redempto
rem. vel expone felix culpa. i. minus
mala peccato angelorum quia ange
lus eſt obſtinatus: ideo non meruit
habere redemptoꝛem. primo autem
intelligitur auctoꝛitas auguſtini ra
tione ergo nobilitatis humane natu
re que debebat exaltari noſtram na=
turaꝫ aſſumpſit dei filius. et ſi alius
te redemiſſet illi fuiſſes obligat'. io
te voluit in propria redimere vt illi
ſoli ſeruires et te illi ſoli obligatum
recognoſceres hec pro pꝛima parte.
¶ Quantum ad ſecundam partem
viſis in precedentibus ſermonibus
conditōibus quas requirit ſponſus
in ſpōſa ſua et inter alias querit ab
ea coꝛdis fidelitatem vt nullum ali=
um diligat ab eo. Hic conſequenter
oſtendenda eſt imperfectio iſtius a=
moꝛis carnalis reſpectu amoꝛis cri=
ſti erga naturam humanaꝫ. que im=
perfectio in ſeptē oſtenditur: nā hec
bonitas mulieris vel hominis erga
deum in amoꝛe conſiſtit et tantuꝫ va
les q̄tum deuꝫ diligis. Amoꝛ meus
pondus meum dicit aug. et tantum
valet quantum habes. ſcitis que vel
quis eſt mulier omnium exiſtenti=
um in ſermone omnes moꝛiemur ⁊
anime noſtre coꝛam deo preſentabū
tur tūc certe cognoſcetur que ē me=
lioꝛ ⁊ repericetur ꝙ eſt illa que feruē
tioꝛi affectione dilexit deum nō que
plura bona pauperibus tribuit aut
plus ieiunauit ſed quantum vales
(autant tu aymes dieu) Queras di=
uiti quod eſt melius fruſtrum auri
quod habet in archa. ſua ipſe neſcit
ſed ibit ad pōderandū illa ⁊ tūc dicet
ceſt cathena mea de auro vel nobile
anglie. dices quō pōt eē melius fru=
ſtrū cū arma reg' ibi nō ſint impreſſa
nō curo dicet de tali effigie. illa nō fa
cit melius fruſtrū auri ſꝫ illō qδ ma
gis pōderat. Amoꝛ meus pōdus me
um. ⁊ aīa ſeptē habuit excellētias ex
cellētes carnalē amoꝛē etiā licitū quē

M.E.C.D. 2016

quis debet habere erga ſuam vel ſu
um et ꝓpterea filiꝰ dei eā aſſumpſit
quero igitur an ſint,nec defertus in
m atrionio tuoꝛ in amoꝛe tuo.Jta ve
re ſunt ſeptē defectꝰ in quolibet ma
trimonio excepto ī iſto. Pꝛimus de
fectus eſt abſentia ſponſi bene dili=
gis ſponſuz verū eſt ſed opz illuz ire
ad nundinas tranſfretare maria ad
vendenduz merces ſuas vt poſſit lu
crari ꝓ manutentiōe domus. Si ſit
dn̄s in parlamēto opz ꝙ aliqn̄ vadat
ad commiſſiones.Si ſit nobilis oz il
lum adire pn̄tiam regis ire ad guer
ram.ſi ſit mechanicus opoꝛtet ꝙ va
dat(a ſes iournees)et dicunt iſte mu
lieres nō video ſponſuz a mane vſqꝫ
ad veſperā:nemo em̄ ducit ſuam ad
nundinas ad cōmiſſiōes vel ad guer
ras,.Ecce iam vnā imperfectionē in
amoꝛe tuo Sed in matrimonio criſti
cum natura humana hec ſeparatio
non fit. ego doꝛmio et coꝛ meū vigi=
lat. Naz aīa criſti ſemper fruebatur
et loquendo de aduentu eius ad ani
mas nr̄as ſi eas deſponſauerit nun
ꝙ̄ ab eis ſeparabiꝛ ſi volueris nā vt
dicit ber. Filius dei ī vnione ſue ſpō
ſe ſemper eſt pꝛimus in agreſſu ⁊ vl
timus in receſſu ſi habeas charitatē
et gratiaz dei tui nunꝙ̄ ſeparabitur
a te niſi violēter eū depoſueris ⁊ ve
lis tecū habere inimicuz ſuū.ſic hec
ergo imperfectio nō fuit in aīa criſti
qm̄ nūꝙ̄ diuinitas fuit ſeparata ab
humanitate quod ſemel aſſumpſit
nunꝙ̄ dimiſit dicit damaſcenus.ſed
fieret turpha modo de aliquo viro ſi
ſemper ſtaret cuz vxoꝛe ſua(comme
vng veau apres la vache) Secunda
imperfectio eſt. tu non es ſecura ꝙ
tantū te diligat ſpōſus tuus ſicut eū
diligis·Querit aliquis vxoꝛi ſue an
bene diligat eum et ſuper alios poſt
deū dicet ꝙ ſic ſed foꝛte vellet illum
eſſe in iheruſalē. Quidam querens
vxoꝛi vtrū eum bene diligeret vt pꝛo
baret eius fidelitatez queſiuit vxoꝛi
ſue ſi bene cū diligeret que reſpōdit
ꝙ ſic ymo potius vellet moꝛi ꝓ viro
ꝙ ipſe moꝛeretur.Quod audiēs ſo=
cius viri dicit velle ſe ꝓbare experi=
mento an veruz eſſet qđ dicerat ſibi
vxoꝛ et accepit vnū gallum quē occi
dit et cooperuit eū pelle alba et dicit
ſocio hodie cū fueritis ambo ī lecto
adibo domū veſtraz et ingrediar ca=
meram veſtrā ſtās quoqꝫ iuxta lectū
et oſtendens id quod habebo in ma
nu queres quid hoc eſt.dicam ꝙ eſt
moꝛs,qđ cum factū fuiſſet ⁊ hec vide
ret mulier dicit ſe nolle adhuc moꝛi,
Dicebat aūt ille neceſſe eſt habeam
vnuz de vobis: dicebat vir vxoꝛi ſue
pollicita fuiſtis michi altera die me
tantuz diligere adeo ꝙ moꝛi velletis
pꝛo me que renuēs dicebat nolle ad=
huc moꝛi:ecce fidelitatē mulieris cō
fidite in eis ſi vultis decipi tu ergo
neſcis:certe ſi vxoꝛ tua te diligat ⁊ in
hoc eſt ſecūdus defectus.xp̄s autez
oīa cognoſcit ideo( il ne fault point
flater)vnde ip̄e dicit ꝓuer.viij.Ego
diligentes me diligo.ideo xp̄s perfe
ctiſſimo amoꝛe diuinitatē diligebat ⁊
cōtinue diuina eſſentia fruebaꝛ ⁊ ſcie
bat ab ea diligi.vnde dicit ſco.xiiij.⁊
xv.diſtinctione tertij ꝙ aīa xp̄i vide=
bat quicquid verbū videbat ad bonū
ſenſuz.Tertia imperfectio eſt igno=
rantia. Naz es neſcius ſi tantū vxoꝛ
tua te diligat ſicut eā diligis nec ſcis
ſi aliū diligat.in anima criſti nō fuit
hec ignoꝛantia qm̄ ignoꝛantia eſt cā
peccati licet omnes penalitates no=
ſtras aſſumpſerit peccatoꝛ ignoꝛātia
ſecluſis. videbat ei anima criſti ⁊ ſci
ebat ſe diligi perfectiſſima dilectiōe
vnde vox patris intonuit cū criſtus
fuit baptiſatus a iohanne.Hic eſt fi
lius meꝰ dilectus audite eū. Quar=
ta imperfectio tui amoꝛis eſt. doles
ſi aliuz diligat vxoꝛ tua maioꝛi amo
re ꝙ̄ te diligat et ſi videas ꝙ aliqua
ſigna faciat alicui alteri immediate
ſuſpicaris malū et inde tu es zeloti=
phus.Sed hec imperfectio non fuit
inter deum et animā ſi ſis bonus cri=
ſtianus debes deū diligere ⁊ omnes
ꝓpter deum non iurare nec manda

M.E.C.D. 2016

ta tranſgredi ⁊ ꝓximū tuū non lede re. Naȝ ad hᵒ criſtus venit in mūdū vt omnē tolleret diuiſionē ⁊ inimici tiam et apportauit ſecū pacem: hanc dilectionem precepit et mādauit cu ilibet habere. Jo. xv. Hec mando vo bis vt diligatis inuicē et qui non ha bet caritatem nichil habet ymo etiā teſtamentū ſuum fecit de dilectione diligite īimicos veſtros ecce quomo do non timet ꝙ diligas proximos ſi cut et vir timet ꝙ aliū ab eo diligas ymo etiā precepit hec mando vobis Non eniȝ diſplicebat nec diſplicere poterat anime criſti ꝙ deus diligerȝ benedictiſſimā eius matrem beatuȝ Iohannē et ſic de alijs ⁊ ſi verus imi tator eius nec tibi diſplicere debet ſi propter eum pars tua alios diligat. Sexto tibi diſpliceret ſi ſpōſus te po neret in vltimo gradu dilectiōis ſue Nō ſic diſplicuit criſto cū derelictus eſt a patre in paſſione quo ad portā do penam et paſſionē acerbiſſimam adeo vt repararetur virorūȝ nouiſſi mus et ſe comparet vermi. Ego ſuȝ vermis et non homo. deus meus vt quid me reliquiſti Oēs ſancti in ſuf ferendo paſſionem et martiria iu uabantur a deo vt equanimiter por tarent penam ꝓpter eum. ſed xp̄s a patre fuit derelictus quo ad effectū amoris qꝛ tantū paſſus eſt ꝙtum hu manitas potuit portare. Septia im ꝑfectio eſt qm̄ times ꝙ ex relatu ali quorum vir tuus te habeat odio vt forte quidem voluit tecū commiſce ri quā rem noluiſti ille fortaſſe adi bit virum tuum et ponet inimicitiā inter te et illū. Sed non ſic in matri monio dei et dyaboli qm̄ nec angeli nec dyaboli poſſent te ponere extra charitatem et dei gratiaȝ ſi velis ni ſi inductiē: vide ergo ꝙ pulchra res eſt habere charitatem talis ſponſi et gratiam quod ſi velis nunꝙ ſepara beris ab eo. ſed hanc iꝑfectionē non habuit xp̄s noſtram naturam aſſumēdo qꝛ ſciuit omnia que bene placita erant deo Ecce ergo quomo do rex tuus venit tibi manſuetus cū conditionibus predictis et perfectio nibus: occurre igitur illi tuaȝ conſci entiam diſponendo vt digne in pre ſenti eum recipias per aduentū gra tie et in futuro per aduentum glorie quod nobis ⁊c.

¶ Eadem die poſt prandium.

Ecce rex tuus venit ⁊c. Ve nite ad me omēs qui labo ratis et onerati eſtis ⁊ ego reficiam vos: iugū enim meum ſua ue eſt et onus meum leue. Mat. xi. Jn quibus verbis quīꝗ dulcia a ſal uatore noſtro nobis oſtendunt. Pri mo vocat curioſe cuȝ dicit venite ad me. Secundo vocat generaliter cuȝ dicitur omnes actuuȝ. x. Jn veritate comperi ꝙ nō eſt apud deū perſona rum acceptio. Tertio vocat rationa biliter cum dicit qui laboratis: quod verbum duplicē habet ſenſum. qui laboratis in agro dn̄i fideliter viuen do vel qui laboratis et onerati eſtis ſarcina peccatorū mortaliū. Quarto vocat vtiliter cum dicit et ego refici am vos. criſo. vocat te nō ꝙ te indige at ſed vt te reficiat. vocat quinto de lectabiliter cum ſubdit iugum enim meum ſuaue eſt et onus meuȝ leue hylarius. Quid iugo domini ſuaui us puta bonum velle et malum nol le: volēs ſaluator noſter ſe veruȝ me diatorem oſtendere humane nature dicit venite omnes ad me ⁊c. veneȝ s moy. quos vocatis domine an ſolū nobiles: nō. ſed omnes. vos omnes qui laboratis in bonis virtutibus et vos alij qui laboratis in peccatis ve ſtris et ego reficiā vos et onus quod dabo vobis erit leue. Jn his verbis quinꝗ nobis oſtenduntur ſingula ria in vocatione iſta. Nam vocat mo re curialium dominorūȝ nos preue ueniendo dicēs. venite. vnde Aug. Non mouetur anima paſſibus cor poris ſed affectionibus ideo vt idem dicit anima ē magis vbi amat ꝙ vbi

A Vocat de⁹

M.E.C.D. 2016

animat dicit ergo deus. venite ſup=
ple affectione. p̄s. Jacta cogitatum
tuum in domino et ipſe te enutriet
Secundum ſingulare in iſta voca=
tione eſt quoniam non ſolum vocat
nobiles vt ſint ſue bonitatis ſed om
nes generaliter in veritate comperi
dicit apoſtolus ꝙ deus non eſt acce=
ptor perſonarum quo ad effectum
ſed omnes vocat tam fideles q̄ꝫ infi
deles vt nullus ſe excuſet. Tota cõ=
gregatio hominum diuiditur in bo
nos et malos et hanc congregatio=
nem vocat. non vt damnet ſed vt re=
ficiat et iugum ſuuz leue illis impo
nat. eſt enim iugum domini leue qđ
citius nos in eum facit tendere. Nã
eſt iugum vel onus duplex. querans
vt quadriga equo. Alleuians vt plu
uia auibus que facit altius volare
ſic impletio mandatorum et conſili=
orum diuinorum nos facit altius in
deum tendere et nichil iſto onere le=
uius vel dulcius cum nichil precipi
at qđ non ſit leue vt ꝙ non facias al
teri quod tibi non vis fieri et ecõtra
ſi non velles ꝙ aliquis de tua ſuam
facerz meretricem non facias alteri
ſimiliter: nam cum maiori difficulta
te facis mala q̄ꝫ bona et plura et ma
iora requirunt media ad male agen
dum q̄ꝫ ad bene faciendum vt potes
praticare in omnibus vicijs allegan
do ad oppoſitum vel praticando de
virtutibus oppoſitis. hec pro dedu=
ctione verborum.

¶ In iſto ſermone incipit materia q̄
tractabitur continuando per totam
ebdomadam ſcilicet de aduentu in
mentem. qꝛ dicitur in themate ve=
nit tibi manſuetus. Sed queritur in
quo oſtenditur eius manſuetudo et
dulcedo ſicut dicitur de aliquo hoie
manſuetudo (il et doulx et begnin)
Eius dulcedo oſtenſa eſt in decẽ cõ=
ditionibus quas habuit erga eos q̄=
bus venit. ⁊ de prima nunc dicet que
conſiſtit in pacificatione inimicoruz
de quo dicit apoſtolus ad collo. p̄io
in ipſo complacuit per eũ reconſilia

ri omnia in idipſum pacificans per B
ſanguinez crucis eius: et ad heb .ix. Medũ cõ
caꝑ. Et ideo noui teſtamenti media ditões xp̄o
tor eſt ⁊c. et augu. ſuper iohannem ꝯueniẽtes
dicit. Iſte locus euangelicus fra=
tres kariſſimi vbi dominus dicit ſe
vitã ⁊ diſcipulos ſuos palmites hoc
dicit ſecundum quod eſt caput eccle
ſie noſq̄ꝫ membra eius. Mediator
dei ⁊ hominum homo criſtus ieſus
queritur ergo hac ratione vna que=
ſtio vtrum xp̄s dicatur mediator in=
quantum homo vel inquantũ deus
vel inquantũ deus ⁊ homo: et videt
ꝙ inquantũ deus qꝛ natura huma=
na tota erat infecta ex peccato primi
parentis ⁊ per conſequens deo ini=
mica. videtur ergo ꝙ nullum ſuppo
ſitum illius potuiſſet hanc reconſili
ationem et pacem facere qꝛ vt dicit
Gregorius. Cum is qui ad interce=
dendũ mittit irati animus ad deteri
ora prouocatur. In oppoſitũ argui=
tur qm̃ natura diuina erat pars leſa
ergo non fuiſſet mediator inquantũ
deus ſed inquantuz homo. Pro ſo=
lutione notandum ꝙ ſex res conue=
niunt criſto oſtendentes criſtũ fuiſſe
veruz mediatorem inquantũ homo
innocens ⁊c. Et pro fundamento ac
cipio auctoritatem .in medio veſtrũ
ſtat quem vos neſcitis. Septez ergo
conditiones habet mediuz quas ha
buit noſter mediator xp̄s. Pria cõ=
ditio medij eſt illuminare extrema
vt patet de ſole in medio planetarũ
qui illuminat omnia circũquaq̄ꝫ in
inferiorẽ partẽ et ſuperiorez. Sic cri
ſtus antiquos patres illumiauit an=
gelos et omnes hoies ideo dicit me
dium vnde qñ aliqui ſunt diſcordes
dicunt alicui (ſoyez le moyen de no=
ſtre apointement) Et ſicut a ſole om
nes planete accipiunt ſuum lumen
et ceteros planetas illuminat ſic cri
ſtus dominus nos illuminat. Johã.
p̄io. Erat lux vera que illumiat om
nem hoiem venientẽ in hunc mun=
duz ⁊ quo ad precedẽtes ⁊ quo ad ſe
quẽtes. Nã eadẽ erat fides antiq̄ꝝ

M.E.C.D. 2016

patrum ⁊ noſtra de miſterio incarna
tionis et omnes credebāt ſaluatoreʒ
venturum. alias nō fuiſſent ſaluati.
et propterea ad hoc oſtendendū ap=
paruerunt in transfiguratione duo
patres de antiquo teſtamēto ſcʒ moy
ſes et helyas hos ergo illuminauit
criſtus ſicut ⁊ nos illuminat propter
quod ratione illuminationis dicitur
mediator. Secunda conditio medij
eſt colligare vel cōligare ſimul ſicut
lathomus ponit cementum inter du
os lapides alias nō poſſent firmiter
ſtare. hic criſtus collegauit ſimꝉ deū
et hominem. p̄s. Simul vnū diues
et pauper. Similiter collegauit duo
decim apoſtolos qui fecerūt duode=
ciʒ articulos fidei. ymo quod magis
eſt colligauit herodem et pilatum ꝗ
facti ſunt amici in paſſione ſaluato=
ris ideo dicit̄ lapis angularis. Ipſe
enim eſt pax noſtra que fecit vtraqꝫ
vnū: ante īcarnatōeʒ eramus inimi=
ci ⁊ ianua celi erat nobis clauſa nul
lus poterat intrare in paradiſuʒ ſed
per aduentū ſuū ipſe nos reconſilia
uit et nobis ianuam celi aperuit ⁊ iu
ſtis modo aperit̄. Tertio ꝯuenit me
dio viuificare ad modū cordis hoīs
in quo vita cōſiſtit ꝓuer. iiij. Omni
cuſtodia ſerua cor tuuʒ quoniā ab il
lo ꝓcedit vita. Criſtus aūt de ſeipſo
dicit. Io. xv. Ego ſum via veritas ⁊
vita. et ſicut cor in medio hoīs conſi
ſtit et dat vitaʒ homini quo mortuo
moritur homo ꝓpterea medici cuʒ
viſitant egrotos tangunt venā ꝓce=
dentem a corde et ſecundū quod vi=
detur vꝉ ſentitur fortis ſic iudicatur
cor viuere. Similiter dicendū de cri=
ſto cū ſit vita anime quo abſente ani
ma dicitur mortua et in manu dya=
boli. dicitur igitur xp̄s mediū nō in
merito qm̄ dat vitā omnibus mem=
bris. eccłi. vij. Item de ratōne medij
eſt ſubtentare. de xp̄o autem dicitur
ad heb. prio. Portans omnia verbo
virtutis ſue vt colūna que portat pō
dus domus. Quod figuratū eſt iudi
cum. xvi. in ſanſone ꝗ apprehendēs
colūnas ambas qb⁹ innitebat̄ domus
alteramqꝫ earum dextra et alteraʒ le
ua tenens ait. Moriatur aīa mea cū
philiſtinis concuſſiſqꝫ fortiter colun
nis cecidit domus ſuper oēs princi
pes et ceterā multitudinem que ibi
erat. ſanſon xp̄s eſt qui virtutē phili
ſtini hoc ē dyaboli ſupauit et occidit
noſtra peccata portādo ſuper colun=
nam crucis in corpore ſuo ⁊ munda
nos ⁊ ceteros qui nō curant obedire
ſuis mādatis non colliget ſecū ſʒ di=
ſperdet illos colligēdo et ſimul ligā
do cum dyabolis. Itē de ratione me
dij eſt ſeparare. ſic criſtus hac ratio
ne dicitur mediuʒ. Mat. xxv. Sicut
paſtor ſegregat oues ab hedis ſic cri
ſtus ſeparabit bonos a malis. oues
quidē a dextris hedos aūt a ſiniſtris
ſicut due domus ſeparant̄ muro in=
ter medio ſic criſtus erit in medio in
die iudicij et tūc terribilē faciet ſepa
rationem et duriſſimā bonos quidē
ad dexterā: reprobos in ignē inferni
cum dyabolis collocando. Item de
ratiōe medij eſt cōſeruare qꝛ in qua
litatibus medijs et mediocriter pro=
porcionatis conſiſtit ſanitas ideo di
cunt philoſophi ꝙ in medio cōſiſtit
virtus. Criſtus vero ſemper tenuit
mediū vt pʒ diſcurrendo in natiuita
te in medio duorū animaliū naſci vo
luit ſimiliter inuētus eſt ī templo in
medio doctoꝝ ⁊ in cruce et in medio
latronū cuʒ diſcipulis in medio eoꝝ
Item medio conuenit letificare ⁊ cō
fortare ſenſum ſicut organa confor=
tant auditū ſimiliter guſtus delecta=
tur in bono guſtu. Obiectū conueni
ens cōfortat ſenſum ſi aūt fuerit ex
cellens ſenſibilē corrumpit ſenſum
vt non delectatur potentia auditiua
audiendo tonitruū oʒ ergo ꝙ ſit mo
dificatuʒ qꝛ audito magno ſono mo
dico tempore ſequēte paruus ſonus
non auditur: ſic hac ratione xp̄s di=
cit̄ mediator vel tenere mediuʒ. Io.
xvij. Hec eſt vita eterna vt cognoſcāt
te deum verū et quem miſiſti ieſum
xp̄m qn̄ erimus in paradiſo videbi=

M.E.C.D. 2016

mus diuinitatem et humanitatē cri
ſti animam eius que eſt ſuperior oī=
bus creaturis. Et ſicut delectaris in
videndo rem pulchrā ita delectabun
tur oculi tui corporales in vidēdo hu
manitatē criſti: ita ꝙ oculi beati erūt
in videndo humanitatem xp̄i et ocu
li ſpirituales in viſione diuinitatis.
patet ergo ꝙ his rationibus criſtus
dicitur mediator que mediatio fuit
deo grata ꝓpter quattuor excellenti
as, que fuerunt in anima chriſti que
nulli alteri creature potuerūt conue
nire. Prima ſumitur a perſona pa=
cificāte ad colloſenſes p̄io. Qui eri
puit nos de poteſtate tenebrarum et
tranſtulit in regnū filij dilectōis ſue
in quo habemus redemptionē et re
miſſionem peccatoꝝ. Poſſes quere
re moyſes et ceteri patres non fece
runt hanc pacificationē dico ꝙ iō eſt
quoniā nulla pura creatura fuit di
gna ſatiſfatiōe pro peccato et offerre
hanc oblationē niſi ꝑſona que eſſet
deus et hō. Quia ipſo cōplacuit om
nem plenitudinem inhabitare dicit
paulus vbi ſupra et per eum recon=
ſiliari oīa in ipſuʒ Pacificans ꝑ ſan
guinem crucis eius ſiue que in ter=
ris ſiue que in celis ſunt. et vos dicit
paulus cū eſſetis aliqn̄ alienati et ini
mici: nunc autē recōſiliauit in corpo
re eius per mortē. Secūda ratio ſu=
mitur ex parte loci. habētes pontifi
cem magnū ieſuʒ filiū dei qui pene=
trauit celos teneamus ſpei noſtre cō
feſſionem. ad heb̄. iiij. ca. dicet quidā
incarceratꝰ. helas ſi rex me audiret
hic loquentē immediate me libera=
ret ſimiľr volo dicere ꝙ patres anti=
qui non poterant ad deum accedere
et mittebant ambaſſiadas preces et
orationes fundebant apud eū quas
nolebat audire: ſed criſtus pontifex
filius dei penetrauit celos ⁊ dignus
inuentus eſt exaudiri pro tota natu=
ra humana. Tertia ratio ſumitur ex
parte rei oblate. ad heb̄. ix. Neqꝫ per
ſanguinem hircorū aut vitulorū ſed
per proprium ſanguinē introiuit ſe
mel in ſancta eterna redemptōne in
uenta. Antiqui patres ꝓ reconſilia=
tione peccatorū offerebant ſanguinē
animaliū brutorū qui coinquinatos
ſanctificabat. ſed pontifex noſter cri
ſtus mediator nō obtulit deo ſangui
nem horum animaliū vitulorū aut
hircorum pro reconſiliatione huma
ni generis ſed proprium ſanguineʒ
quod nullꝰ potuiſſet facere excepto
eo. cum enim patres noſtri pro ſeip=
ſis deum nō poſſent pacificare quo=
modo pacificaſſent ꝓ tota humana
natura ſed chriſtus vt verus media
tor per ſanguinem ſuū deo nos recō
ſiliauit. Quarta ratio ſumiť ex par=
te finis debite noſtra em̄ redemptio
nulla alia re poterat fieri aut medio
patʒ igiť cuius ſit efficacie ſanguis
iſte ex cap̄. xij. exodi. vbi habetur qn̄
deus voluit liberare filios iſrael de
manu pharaonis dicit moyſi. Pre=
cipe populo vt tollat anial per fami=
lias ſuas et immolet phaſe faſcicu=
lum de yſopo intingat in ſanguine
qui eſt in limine ⁊ aſpergat ex eo ſu
per liminare et vtrumqꝫ poſtem qꝛ ꝑ
cuſſurus eſt dominus media nocte
omne primogenitū egipti. cumqꝫ vi
derit ſanguineʒ in ſuper liminari et
vtroqꝫ poſte tranſcendet oſtium do=
mus et non ſinet percuſſorem ingre
di. Moraliter omnes qui ſunt ſigna
ti ſanguine chriſti in frontibus ſuis
non pacientur nocumentum ab ini=
mico pharaone ſcʒ demone. patet er
go quō propter has conditiones cri
ſtus dicitur verus mediator qui nos
reconſiliauit deo patri per ſanguinē
ſuū cuius participes effuſionis nos
faciat ille q̄ ꝓ nobis illū fudit. Am̄.

Criſtus fuit mediator rōe quattuor excellentiaruʒ que erant in eo.

## ¶ Feria tertia ſermo.

Ecce rex tuus venit ⁊c. vbi
ſupra. Renouamini ſpiri=
tu mentis veſtre ad ephe.
iiij. Quod verbum triplicem habet
ſenſum. Renouamini ſpiritu men=
tis veſtre vt non carnales ſcitis qꝛ ſi



M.E.C.D. 2016

A
Aliq̄d dici tur ꝛnouari triplicit.

ſecundū carnē vixeritis moriemini.
Secūdo renouamini in ſpiritu mē=
tis veſtre et non ſolum ad extra ſe=
cundum apparentiam ſicut faciunt
hypocrite q̄ extermināt facies ſuas
math.vi.vt appareant hominibus
ieiunantes.vel Tertio renouamini
ſpiritu mētis veſtre.i.in ſpiritu ſan=
cto vel ſecundum ſpiritum ſanctum
qui ſe transfert in animas ſanctas.
Paulus apoſtolus nos hortat̄ pec
catores et pauperes anime vt reno=
uemur ſed quid eſt renouare. Reno
uabitur vt aquile iuuentus tua. Cū
enim ſeneſcit aquila et caligati ſunt
eius oculi in fontem ſe proicit et ſic
plumis et oculis renouationem re=
cipit. Renouemur igitur modo iſto
in ſpiritu in aduentu regis noſtri et
ſi preterito tēpore inueterati fuim⁹
in carnalitatibus ꝛ mūdanis fuim⁹
inuoluti renouemur more aquile
balueando conſcientiam in torren=
te vel fonte lacrimarum aſſumen=
do nouas plumas virtutuꝫ q꞉ ſi ſe
cunduꝫ carnem vixeritis ad ro.viij.
moriemini.Secūdo renouamini in
ſpiritu et ꝯſciētia ſimulationes ho
micidia inuidias fornicationes fur
ta a corde pellendo que omnia ꝓce=
dunt a corde et non renouemur ad
extra ſecundum apparentiam quia
id ypocrite faciunt qui ꝓpterea ma
ledicuntur a dn̄o ve vobis ypocrite
qui mundatis id qḋ deforis eſt.Ter
tio renouamini ſpiritu ſancto men=
tis inhabitatore qui ſe transfert in
corde mundo et puro q꞉ hoc eſt ei⁹
habitaculum in pace factus eſt loc⁹
eius ſic faciendo ſpiritus ſanctus
viſitabit ꝯſciētias veſtras vt dici de
vobis poſſit verbū qḋ ꝓmiſim⁹ ecce
rex tu⁹ ꝛc.Viſo heſterno ſmōe quō
xp̄s fuit mediator īter deū ꝛ hominē
et pacificauit irām patris erga na=
turam humanam et per ſanguineꝫ
ſuum reconſiliati ſumus ſicut alle=
gabat paulus ad colloceſes p̄mo
capitulo.reſtat dicere ad quos venit
dico ergo ꝙ venit ad extrahendum
vinctum de lacu et carcere. Finge
vnum incarceratum in francia qui
offendit regeꝫ crimine leſe maieſta=
tis qui a lōgo tempore detinetur in
vinculis cui ferra corroderunt ty=
bias qui illic priuatur lumine et cō=
fiſcata fuerūt omnia bona ſua. Hic
vinctus eſt natura humana que of=
fendit deuꝫ crimine leſe maieſtatis
et eſt inimica deo vidimus.heri quo
modo chriſtus hanc inimicitiā paci
ficauit:reſtat videre quomō eduxit
eam de carcere ſecundum ꝙ canit
eccleſia educ vinctum de domo car=
ceris de tenebris et vmbra mortis.di
co ergo ꝙ chriſtus veniens in hunc
mundum eduxit vinctos de carcere
ſed nota ꝙ ſextuplex eſt carcer et de
primis.v.liberat hominem de ſexto
vero nullus vnq̄ꝫ liberabit hec ma=
teria poteſt applicari pro feſto ſan=
cti petri aduincula et pro dominica
tertia kadrageſime cū fortis arma=
tus cuſtodit atrium ſuum.Primus
carcer eſt vita preſens.p̄s.educ de
carcere animam meam ad confiten
dum nomini tuo me enim expectāt
iuſti donec retribuas michi.et pau=
lus in felix ergo homo quis me li=
berabit de corpore mortis hui⁹ chri=
ſtus fuit in iſto carcere ꝛ beatiſſima
eius mater ſpatio.lx. annorum.ſed
frater quare vocatur carcer cuꝫ plu=
res ſint qui nolunt exire.dicet muli
er iam veteranos ꝛ ſenes oportet ad
huc tranſire eſtatem futuram tunc
gaudebo.mali vellēt ſemper hic in
peccatis ſuis viuere.ſed vnus bon⁹
religioſus:bon⁹ mercator iam ple=
nus dierum et bonis operibus vel=
let iam eſſe extra hunc carcerem.ſi=
cut paulus qui dicebat.ſcio cui cre=
didi et certus ſum. et ſubdit in alio
loco.repoſita eſt michi corona iuſti=
cie quam reddet michi in diem illuꝫ
iuſtus iudex. Hic poteſt queri vtruꝫ
quis licite et ſine peccato poſſit ap=
petere mortē.dicendum ꝙ qui ſunt
certi de corona et premio celeſti ꝛ to=
tum ſuum tempus expoſuerunt in

B
Carcer ſex tuplex.

M.E.C.D. 2016

ſeruicio dei et obſeruatione manda
torum: illi poſſunt appetere morteȝ
ſicut et beatus martinꝰ qui dicebat:
domine ſi adhuc populo tuo ſum
neceſſarius non recuſo laborem. pe
tebat tamen conſequenter diſſoluti-
onem ſui corporis. alij autem pecca
tores qui nec ſunt certi de corona et
premio ex ſuis operibus bonis qm̄
nulla fecerunt nec ſimiliter ex reue
latione non debent appetere morteȝ
ſed debent deſiderare dies bonos vt
penitenciam faciant de malis ſuis
boni ergo cum paulo qui operibus
ſuis certi ſunt de corona optinenda
propter ſua bōa merita poſſunt q̄re
re abſolui ab hoc carcere cuȝ dauid
qui dicebat educ de carcere animā
meam. ſed mali qui nunꝗ̄ boni ege
runt non debent appetere ſolui ab
hoc carcere niſi ſe haberēt propoſi-
tum ꝯtinuādi in malis ſuis. Alius
carcer eſt peccatum originale et in
iſto detinentur vel detenti fuerunt
qui fuerunt ab adam vſqꝫ modo dē
pto chriſto et virgine maria digniſſi
ma eiꝰ matre ſicut declarabit ſequē
ti ſermone. exēplum vt adducis par
uum puerum ad fores eccleſie que
rendo baptiſmum talis eſt in duobꝰ
carceribus. Nam primo eſt in mun
do qui dicitur primꝰ carcer ꝛ ē in .ij.
ſcilicet in peccato originali ꝛ ſi dece-
deret ſine baptiſmo exiret carcereȝ
huius mundi ꝛ iret ad vnum de car
ceribus inferni ſed dicto ſup eū in
nomine patris et filij et ſpiritus ſan
cti cum ceteris que requiruntur in
baptiſmo ſi decederet ab iſtis duo-
bus carceribus liberaretur ꝛ euola
ret ad paradiſum et quis ſoluit euȝ
ab hoc carcere certe baptiſmi ſacra
mentum qui ſuam efficatiam habȝ
a paſſione chriſti. talis ergo exijt de
tenebris et vmbra mortis. vnde pec
catum originale dicitur vmbra mor-
tis in ordine ad peccatum actuale et
eſt pena dampni que eſt vmbra quia
talis priuatur viſione dei ſed non
patietur penam ſenſus ſicut dānati

nec ledet a morte ſcōa. i. eterna q̄ ad
penā ſenſus lȝ aliq̄ oppm̄ oppinant
Alius eſt carcer conſciētie remordē-
tis iob. xvij. verebar omnia opa mea
ſciens ꝙ non parceres delinquenti
vnde in peccato eſt conſideranda rō
ſeu portio ſuperior et inferior et cō-
ſcientia indicans. Porcio ſuperior
dicit ꝙ nullum malum remanet
impunitum ratio inferior ſeu por-
cio ꝙ adulterium eſt malum et cō-
ſcientia finaliter concludit et indicat
ergo de peccato eſt dolendum. ꝛ hec
conſcientia quattuor facit nam pri-
mo eſt accuſatrix in iudicio ꝑticula-
ri modo quando doles et cōſideras
te peccaſſe. Scdō releuat iuſtum a
miſeria. Tertio conſeruat licite ac-
quiſita vt merita. Quarto vindicat
inique commiſſa. dicitur cōmuniter
alicui quando eſt triſtis vos habetis
aliquid ſupra cor. Similiter dicit ali
quis habeo aliq̄d in corde meo rati-
one alicuiꝰ peccati alias ꝑ me ꝯmiſ-
ſi dices michi frater ego habeo ali-
quid in corde ego ſemper habeo re-
morſum conſcientie de quod pctō a
me perpetrato licet de illo feceri cō-
feſſionē et vt facerē penitentiā de il
lo fui ad ſanctū iacobū ad ſanctū ny
colaū ꝛ ſic de alijs tn̄ adhuc cōtinue
me remordet cōſciētia hoc eſt bonū
ſignum in te et de illo debes dolere
Quidā malus gartio traditor cepit
bona patris ſui et de furto non facit
conſcientiam dicit ſe nō timere iſtū
carcerem cōſcientie et dicit nō ſen-
tire remorſuȝ talis eſt ſimilis frene
tico qui dicit ſe non ſentire malum
ſȝ vere ſenti et ſemel remorſuȝ quā-
do veniet hora mortis. ratio ergo ſu
perior dicit ꝙ de omni verbo ocio-
ſo reddēt homines rationem in die
iudicij nunꝗ̄ enim aīa tua intrabit
paradiſi gloriā niſi priꝰ de omnibꝰ
tuis peccatis egeris penitētiā ymo
etiam de minimo veniali vt ſi dicas
aliqđ verbū iocoſum qđ nulli nocet
nec alicui prodeſt tamen de illo ſatiſ
facies in p̄ſenti vl' in futuro. o deus

L Cōſcientia q̄ttuor facit in hoīe.

N Carcer multiplex.

M Carcer multiplex.



M.E.C.D. 2016

meus et ſi pro minimis venialibus oporteat reddere rationē quid quā rationem exquiret a nobis deus nr̄ de ſceleribus enormibus de quibus tamen pauci formidant conſcientiā Ꝺ q̄ diſtrictiſſima tūc exquiretur ratio viſo ꝙ de minimis tanta exigatur q̄ quaſi ſunt īfinita. vnde. ps. Septies in die cadit iuſtus quam rationē tunc reddant qui ꝓximos ſuos diffamant bonū nomen auferendo cū tamen nichil melius ꝙ bonū nomen. Curam habe de bono nomine melius eſt enim nomen bonū ꝙ diuitie multe. ꝙ diſtrictiſſima exigetur ratio de adulterī de luxuriīs fornicatōib9 de fractiōibus votorū et tranſgreſſionibus ceremoniarum. De ſcandalizantibus ꝓximos ſuos: dicit ergo cōſcientia: nullum malum ſit quod nō puniatur tu feciſti malū ideo puni as malefactum tuum vel punieris in alio mūdo quod conſiderans ſanctus iob dicebat. Verebar omīa opera mea ſciens qꝛ non parceres delinquenti. verecundor de omnibus meis operibus aliqñ bene ago et facio quod poſſum cum tamen conſidero ꝙ omnia bona per me facta nō ſunt bona niſi ſecundum ꝙ acceptantur a diuina volūtate cū non ſim certus ſi mea acceptet digna ad vitam eternam ideo nō immerito vereri debeo cum bona mea et iuſticie mee corā deo ſint tanꝙ pannus menſtruate. yſaie. lxiiij. Forte facis elemoſinam tu habebis vanam gloriā iam opus tuum eſt viciatū et ſic de aliīs. In iſto carcere ꝯſcia q̄ttuor facit vł q̄ttuor hꝫ officia. Eſt ei in iudicio accuſatrix fracte ꝓmiſſionis vł ꝓfeſſionis. Eſt releuatrix noſtre depreſſionis vel oppreſſionis. eſt conſeruatrix bone acqſitionis. et quarto eſt malorū vindicatrix. primo dico ꝙ conſcientia eſt accuſatrix fracte pollicitationis. Ac

D Conſciētie officium

cuſat enim te ſecrete conſcientia tua et remordet interius dicens tibi tu male agis tu tenes proceſſū contra talem et ſcis te malam habere cauſam. tu adulteraris fornicaris tranſgreſſor es tui ſtatus tu male agis ſꝫ qꝛ tu non vis audire conſcientiā tuam ideo illa te accuſabit in iudicio et dicet tūc aperte peccata tua et ea oſtēdet manifeſta. dicet aīe quod habetur l. ps. Exiſtimaſti inique ꝙ erā tui ſimilis arguā te et ſtatuam ꝯ faciem tuā reuelabo pudenda tua gētibus et ignominiā tuā et nuditatē tuā oſtendā. dicet tunc domina mea credis ꝙ ſim tui ſimilis arguam te dicā marito tuo peccata et adulteria fornicationes ꝛc. que feciſti et peccata tua ſtatuā contra faciem tuam. et quādo frater iacobe: certe in iudicio in hora mortis que nobis ē incerta Neſcitis enī qñ dominus veſter veniet an ſero media nocte an gallicāntu an mane. Eſtote ergo parati. luc. xij. vnde bonauentura in ſecūda dīſtinctione. xxv. dicit ꝙ ſi deus ꝑ impoſſibile neſciret peccata tua occulta in ꝯſcientia latentia et demon ea ignoraret adhuc conſcientia tua te de illis accuſaret. Eſt magn9 caſus ſi domina haberet vnā ancillā q̄ vbicunqꝫ domina iret eā ſequeretur et ea que faceret videret nec dn̄a mala que faceret illi latere poſſet nūquid diceres ꝙ multū domina ſubiſceret ancille ſue. ita certe: ſic eſt de conſciētia tua qꝛ nichil agis modo que illa nō reuelet in iudicio ſi nō feceris in hoc mundo penitentiā. ad ro. ij. cap. Teſtimoniū reddēte illis cōſcientia ipſorum: et inter ſe inuicē cogitationum accuſantiū aut etiā defendentium in die cū iudicabit deus occulta hominum. Si vis ergo fugere hanc accuſatricem ad deū fuge dū tēpus habes te iuſtificandi coram deo confeſſionē faciendo ore et opere ſatiſfaciendo et te recipiet. alioquin illū latere non poteris nec peccatū tuū abſcondere. vñ aug. peccati ſeruus quocunqꝫ fugit ſe ſecum trahit. nō enī quis fugiendo ſeipſū fugit nō eſt qꝛ eat ꝟmo non recedit a ſe ꝑ qd facit ſecū eſt vis ergo audire bo-

M.E.C.D. 2016

ſꝫ eſt cecus quo ad ſe in ſua cauſa ꝓ
pria dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti
facti ſunt propter qd ꝛc.tales ſi ſint
in peccato infamiores ſunt tortori et
deteſtabiliores coram deo. Quinta
differentia cecus corporalis querit il
luminari vt pꝫ de ceco ſedẽte ſecus
viam audiente eo ꝙ chriſtus tranſi=
ret clamabat. Jeſu fili dauid miſere
re mei:et cum interrogaretur a xp̄o
quid quereret reſpondit domine vt
videam lumen. Ceci vero ſpirituali
ter nõ querunt illuminari quinimo
lumen refugiunt: lumen eſt verbuꝫ
dei.p̄s.Lucerna pedibus meis ver=
bum tuũ.tales ſunt in domibus pri=
cipum qui ludunt ad taxillos ad alt=
os ludos prohibitos qui non q̄runt
illuminari et forte ſi venirent ad ſer
monem illuminarentur et diſcerent
quid agere deberent ꝓ ſalute anime
ſue.Declaratio ſermonum tuorum
illuminat talibus põt dici verbuꝫ qd
habet io.iij.Lux venit in mundum.
et dilexerunt homines magis ten e=
bras ꝙ̃ lucem. Sexta differentia eſt
qm̃ cecus corporalis obiecta palpat
cum manu vel baculo.vñ.geñ.ix.ca.
populo dicebat yſaac filio ſuo iacob
cuius calligauerãt oculi.Accede ad
me vt tangam te an ſis filius meus
an non.ſed cecus ſpiritualis nõ pal=
pat nec cõſiderat penas inferni eas
coram oculis mentis reuocando.O
ſi tangeres inferni penas ꝙ̃tũ time
res. Exemplũ de heremita ad queꝫ
quidã mali gartiones miſerant quã
dam mulierem vt eam temptaret et
poſtmodũ narraret eis quid heremi
ta ſecum egiſſet que ingreſſa ad euꝫ
videns eam pulchram facta fuit re=
bellio inter ſpiritum et carneꝫ.ꝓpter
quod hos motus ſentiens vt experi
mento diſceret ſi poſſet tollerare pe
nas inferni ipſe cuꝫ igne combuſſit
quinqꝫ digitos ſue manus qui cum
interrogaretur ab illa cur hoc face=
ret reſpondit ꝙ propter illũ motum
inordinatum quẽ habuerat melius
ſibi erat hic ꝯburi ꝙ̃ in inferno ꝛ ſu
bita morte interijt mulier.Venientes
autem in craſtinũ plurimi de villa ꝛ
qui eam miſerant ad eũ narrata ve
ritate rei illis conuerſis ad deuꝫ ege
runt penitentiam cum ſancto here=
mita. Septima differentia ꝛ vltima
eſt qm̃ cecus corporalis vidẽtes oẽs
reputat felices et ſeipſuꝫ infelicẽ di
cit. Spirituales aũt ceci penitentes
et bonos reputant inſenſatos ꝛ mi=
ſeros ſeipſos aũt felices ꝛ beatos.ꝓ
uerb.xxix.ca.Abhominantur impij
eos qui in recta ſunt via. vnde ſi ta=
les videant aliquam dominã que cõ
fiteatur ſemel aut bis in ebdomada
et libenter accedat ad audiendũ ver=
bum dei erunt quidam ceci ſpiritua
liter qui non ceſſabunt loqui de ea il
la comedet crucifixum ꝛ ymagines
ecce quõ non ſufficit eis ꝙ vita eorũ
ſit coram deo abhominabilis ſꝫ eos
abhominantur qui bene viuunt.ſed
vere cum erunt in inferno dicent de
iuſtis quos aliqñ habuerũt in deri=
ſum velle nolle quod habet ſapien.
v. Hi ſunt quos aliqñ habuimus in
deriſum et in ſimilitudinem impro=
perij.Nos inſenſati vitam illorũ eſti
mabamus inſaniam et finem illorũ
ſine honore.Ecce quõ cõputati ſunt
inter filios dei et inter ſanctos ſors il
lorum eſt.ſꝫ de ſeipſis dicent.ve no=
bis qꝛ peccauimus. Quid nobis ꝓ=
fuit ſuperbia quid diuitiarum iactã
tia contulit nobis tranſierunt omia
velut vmbra:dicunt iſti ceci ſpiritua
les qñ ſunt in mũdo.nonne ſanctus
petrus eſt in paradiſo et tñ fuit rene
gator criſti dñi ſui. Nunquid dauid
fuit adulter et magdalena fuit luxu
rioſa et tñ ſunt beati quid nobis pre=

M.E.C.D. 2016

dicāt iſti predicatores nō ſic eſt ſicut
dicũt. O miſer et ſi verũ eſt qđ dicis
imiteris ſaltem eos in hoc pro quo
habuerunt gloriā: age cũ eis penitē=
tiam et pete illuminari qm̄ vt dixi=
mus ecce rex tuus venit ad te dirigē
dum et illuminandũ vt particeps ſi
as incarnatōnis eius merito qđ tibi
dignetur impartiri ieſus marie fili=
us. Amen.

¶ Feria ſexta poſt ſcđam dñicaꝫ.

Ecce rex tuus venit tibi ꝛc.
Poſtq̄ꝫ locutus eſt michi
igreſſus ē in me ſpũs ꝛ ſta
tuit me ſupra pedes meos ezech. xij
ca. In q̄bus ṽbis ꝓpheta rememo
rat bñficia q̄ttuoꝛ a deo ſibi collata
q̄ facit ſimilē cuilibet volenti ad euꝫ
reuerti. Primo tangit inſtructioneꝫ
quo ad intellectum ibi locutus ē mi
chi ſcꝫ quid agere et fugere debeam
vñ. ps. Intellectũ tibi dabo et inſtru
am te quid agere debeas ſcꝫ dilige=
re deuꝫ ꝛ alia opera miſericordie im
pendere debeas pauperibus. Scđo
tāgit inflammationē quo ad affectũ
ibi ingreſſus eſt in me ſpiritus qꝛ ſe
cundũ aug. Nichil amatum niſi pre
cognituꝫ. Tertio tāgit cōfirmatiōeꝫ
quo ad ſtatũ ibi ſtatuit me qꝛ vt dicit
aug. Dicimus peccatorē vnq̄ꝫ ſtetiſſe
Econtra de iuſtis actuũ. vij. Dicebat
ſtephanus vidi ieſuꝫ ſtantē a dextris
virtutis dei. Quarto durationē et ꝑ=
fectionem quo ad affectuꝫ ibi ſupra
pedes meos. vñ dicebat aug. Dñe a
te peto q̄nqꝫ rogo ne deneges michi
Me inſpira vt recta cogitem
Suade vt te diligam
Compelle vt id faciam
Confirma vt teneam
Cuſtodi ne perdam
Propheta ezechiel recogitans ꝛ re=
memorans diuina bñficia q̄ deus fa
cit peccatoribꝰ dicit (tay eſte abatu)
Eraꝫ ſicut hō mortuus ꝓſtratus in
terra et nichil videbā: poſtmodũ in=
greſſus eſt in me ſpũs ꝛ eleuauit ſta

A Pctōri ad deũ reuer= tēti deus q̄t tuoꝛ benefi cia preſtat

tuit me ſupra pedes meos. hic ꝓphe
ta quattuoꝛ bñficia numerat q̄ deus
facit pctōribus: debet eniꝫ pctōꝛ prio
querere inſtructionē et dñs dicit in=
tellectũ tibi dabo et inſtruā te in via
qua gradieris firmabo ſuper te ocu
los meos. Inſtruā te quid agere de
beas ſcꝫ diligere deum ꝓpter ſe ꝓri
mum ꝓpter deum quō debeas face
re opera mie et amplecti et ꝓſequi
debeas ſcꝫ virtutes inſtruā te ſimili
ter q̄d debeas fugere ſcꝫ vitia. Scđo
ingredit̄ xp̄s ꝑ inflammatiōeꝫ cōca
luit coꝛ meũ ītra me ꝛ in meditatiōe
mea exardeſcet ignis qñ ingreſſus ē
in me illico fui accēſus ꝛ inflāmatus
in amorē eius inuiſibilia dicit augu.
Diligimus incognita nequaq̄ꝫ ideo
eſt rectus ordo ibi quoniā īgreditur
et inflammat. Tertio ſtatuit me eri
piendo de inferni ꝓfundo et de vili=
tate peccati ſtatuēdo ſupra pedes. i.
affectōes. Hec petebat ſibi dari aug.
dicēs. dñe inſpira me immitte in me
cogitatōes rectas da ſentire quid de
beo agere et diligere dicet quedam
mulier. domine inſpira me ſi placet
vt cogitem in te quoniam ſum nimi
um implicata ī iſtis rebus terrenis
Secundo domine perſuade vt dili=
gam poſtq̄ꝫ cogitauero in te des mi=
chi gratiam (que ie te puiſſe aymeꝫ.
Tertio cōpelle vt id faciaꝫ ſi videas
me in iſtis inuolutam tua bonitate
et clemēti pietate cōpelle me vt te di
ligam. Quarto confirma vt teneaꝫ
et te diligam confirma me deus con
firma coꝛ meum vt te ſemper diligā
vt ſemper in te ponam ſpem meam
et cogitationē. vñ ſunt multi q̄ in pri
cipio miſſe cogitāt ad deũ ꝛ ponũt to
tam ſpem ſuam in eo ſed anteq̄ꝫ ſa=
cerdos legat euangelium habebunt
mille fantaſias. Quinto cuſtodi me
ne perdam quod in me immiſeris
bonas ſcilicet cogitationes et affe=
ctiones ne perdam temptationē dy
aboli mundi vł carnis hec pro intro
ductione ſermonis. ¶ Viſo in ſer=
monibus precedentibus quomodo



M.E.C.D. 2016

deus ſua benedictiſſima incarnatõe eduxit incarceratum genus ſcilicet humanum de carcere inferni ſcdm qd canit eccleſia educ vinctum de domo carceris ſedentem in tenebris et vmbra mortis. declarato quomõ effectus fuerat cecus ꝛ ſermone heſterno declaratis ſeptem imperfectionibus cecitatis ſpiritualis in reſpectu ad cecitatem corporalẽ reſtat nunc declarandum quomodo quis efficitur cecus. nota ꝙ quidam ceci efficiũtur ratione ſenectutis vel antiqtatis vnde geñ. xxvij. Senuit aũt yſaac et caligauerunt oculi eius et videre non poterat et vocauit eſau filium ſuum maiorem et dicit ei fili mi vides ꝙ ſenuerim ꝛ ignorem diẽ mortis mee ſume arma tua et egredere foras cumqꝫ aliquid venatu acceperis fac michi inde pulmentũ et affer vt comedam et benedicat tibi anima mea anteqꝫ moriar. Quod cũ audiſſet rebeca et cibos paraſſet induit iacob minorem filium veſtibus valde bonis pelliculaſqꝫ hedorũ circundedit manibus attulit autem iacob pulmentum patri ſuo et dicit ei pater accede ad me vt tangam te vox quidẽ vox iacob eſt ſꝫ manus man⁹ ſunt eſau. Alij vero excecãtur deceptione vel traditione quibus violenter excecantur oculi. ſicut patet in ſampſone iudicũ. xvi. capitulo qui cum indicaſſet dalide vxori ſue fortitudinẽ ſuam dormire eum fecit ſup genua ſua ꝛ in ſinu ſuo reclinare caput. at illa vocato tonſore raſit ſeptẽ crines eius et a ſe eum repulit. quẽ cum apprehendiſſent philiſtini ſtati erucrũt oculos eius ꝛ duxerunt gazam vinctum cathenis. Alij vero excecantur pigritia vel tepiditate aut negligentia: ſicut factũ eſt in thobia maiore. thobie ſecundo capitulo vbi dicitur ꝙ contigit vt quadã die fatigatus a ſepultura veniens domum iactaſſet ſe iuxta parietem et obdormiſſet et ex nido hyrundinum dormienti illi calida ſtercora inciderant ſuper oculos eius fieretqꝫ cecus. idẽ habetur ſimiliter. iiij. re. vltimo ca. de ſedechia rege hieruſalem. Quẽ cum apprehendiſſent ſerui nabugodonoſor et adduxiſſent coram eo occidit coram eo decem filios ſuos et oculos eius effodit vinxitqꝫ eum cathenis et duxit in babilonem. hi omnes excecati fuerunt corporaliter. ſꝫ peccatores excecãtur ſeptem modis Primo a deo iuſte ab eo lumen ſue gratie abſtrahẽdo. Secũdo a demone ad malum eum inducendo Tertio in terrenis ſe occupando. Quarto pigricia a bonis operibus ipediẽdo. Quinto munera accipiẽdo. Sexto ad temporalẽ ſecuritatem inducẽdo. Septimo in malis aſſuefaciẽdo His modis excecatur peccator iuſte. Primo a deo excecatur ſuã gratiã ſubſtrahẽdo. eſt res mirabilis ſic excecari a deo cum dicat auguſtin⁹. ꝙ deo auctore nemo fit deterior ſꝫ hec excecatio que fit a deo nichil eſt aliud ꝙ gratie ſue ſubſtractio vel reprobatio que fit tribus modis. primo non preueniẽdo aliquã ad hoc vt mereatur gratiam de congruo aut quãdo non dat alicui gratiam quã nulli tenetur dare. Secundo gratiã iam datam vel collatam ſubſtrahẽdo. Tertio ruere in grauiora peccata pmittẽdo. Querit beatus tho. vtrũ aſſuefactione in malo aliquis valeat dici obſtinatus aut induratus in via et videtur ꝙ ſic. Quia ſicut aliquis põt dici confirmatus gratia ipſo exiſtẽte in via vt apoſtoli fuerũt et btã virgo maria ita videtur ꝙ aliquis poſſit dici obſtinatus patet cõña. Quoniã priuatiue oppoſita hñt fieri idẽ obiectũ In oppoſitũ eſt aug. in libro de verbis dñi qui dicit ꝙ ꝙdiu quis eſt in via mortali et in peccato inuolutus non eſt propterea de eo deſperandũ nec talis eſt adiudicandus in malo obſtinatus. hereticus enim ẽ hodie qui cras catholicam amplectitur veritatem. Nolite ergo ante tẽpus iudicare donec veniat dominus qui et

L Quidã ceci efficiũt corporaliter ex ratione.

Queſtio

M.E.C.D. 2016

Illuminabit abſcondita cordium ⁊c. Indurabo cor pharaonis ⁊ induratū eſt cor pharaonis vt non dimittat populum meum niſi in manu forti. qd eſt ergo deuз obſtinare vel indurare aliquem in peccato: eſt qñ deus aliquem reprobat ꝙ reprobatio fit primo qñ deus non dat tibi gratiam ſuā q: deo auctore nemo fit deterior ⁊ ſi nō dederit tibi de eo nō debes conqueri ſi dicas pater deus non prius eſt vltor ꝙ homo ſit peccator: veruз eſt: tamen dico ꝙ ſi non det tibi gratiaз ſuam et dat alteri non debes de eo conqueri nec facit tibi iniuriam. Secūdo tu es cauſa demeritoria propter quam deus aufert gratiam ſuam a te qñ fuiſti ad confeſſionem habebas dei gratiam iteruз lapſus es in peccatū deus iuſte depoſuit tibi gratiam ſuam et non potes de facili inflammari in amorem diuinum. Nā q: habes cor obduratum in peccatis ideo ſigillum regis non poteſt in eo imprimi: nam ſicut cor tuuз per gratiam dei mollificatur. ipſa ſubſtātia per peccatum obduratur. Hec enim obduratio eſt ab homine inchoatuз et demeritorie inquantum per liberū arbitrium adheret peccato et p conſequens auertitur a deo ꝙtum in ſe eſt et ſic demeretur ꝙ de⁹ ſubtrahat gratiam ſuam ſicut ſi ipſe ſol materialis illuminaret hec inferiora p cognitiōem et arbitriȷ̄ libertatem iuſte retraheret lumen ſuum ab eo qui ſe vellet ꝙtum in ſe eſſз ab eius lumīe ſubtrahere. deus aūt beneficiū ſuuз dat hominibus ex cognitione et mera libertate ⁊ ideo iuſte eam retrahit a te qñ per peccatū auerteris ab eo.

M Reprobatō fit trib⁹ modis vel obduratio a deo.

M Obduratō demeritorie eſt ab homine.

¶ Sabbato poſt ſecundam dominicam.

Ecce rex tuus venit tibi ⁊c. Fili homīs vaticinare ad ſpiritū vaticinare fili hoīs et dices ad ſpiritū. A quattuor vētis veni ſpiritus et inſufla ſuper interfectos iſtos et reuiuiſcant. Ezech. xxxvij. Ubi doctores dicūt ꝙ dñs noſter ieſus criſtus in ſuo aduētu quattuor fecit in aīa et facit quotidie. Primo immittit doloreз de culpa a pria plaga ſcз ab aqlone. vñ geñ. vij. Ab aquilone pendet omne malum Scdo immittit gaudium de venia a parte auſtrali. dñs ab auſtro veniet ⁊ ſtans de monte pharā dicit ps. ⁊ ambro. Peccator de peccato doleat ⁊ de dolore gaudeat. Tertio immittit ſpē in bono confirmādo a parte orientali. ps. Cū ceciderit non collidet q: dominus ſupponit manū ſuaз. Quarto immittit timorē a parte occidētali ps. A iudicijs eī tuis timui: dicebat heri ezechiel corruiſſe in terrā ꝓpter quod venit in eū ſpiritus et leuauit eū et ſtetit ſupra pedes ſuos. Nūc dicit ꝓpheta ꝙ ducit eū dñs in campo magno pleno oſſibus mortuorū ⁊ dicit ei dñs. ezechiel credis ꝙ viuant oſſa iſta. at ille dicit: dñe tu noſti. fili hoīs vaticinare ad ſpiritū ⁊ dices ad ſpiritū veni ſpiritus ⁊ inſufla ſuper interfectos iſtos et reuiuiſcāt ⁊ ecce ſpiritus veniēs a quattuor ventis inſuflauit ſuper interfectos iſtos ⁊ acceſſerunt oſſa ad oſſa vnūquodqꝫ ad iuncturā ſuā et tūc aſcenderunt nerui et carnes et cutis et ſpūs in eis et reuixerunt ſtantes ſup pedes ſuos vbi dicūt doctores ꝙ ſicut corp⁹ priuatum aīa mortuum dicitur: ita aīa priuata dei gratia mortua dicit. hāc vero grāз habet immitere ſpiritus ſanctus et ſic aīas peccatorū viuificare. io. vi. Spiritus eſt qui viuificat et ezech. xxxvij. Dabo vobis ſpiritū et viuetis: ſз oportet ꝙ hic ſpūs veniat a quattuor ventis. Orientali occidentali ſeptentrionali et meridionali ⁊ inſuflet in cordibus eorū vt reuiuiſcant ⁊ ſtāt ſupra pedes ſuos. Primo opз ꝙ hic ſpūs inſuflet ab aquilone q: ab aquilone pandetur omne malum ⁊ in iſta ſufflatione ſpiritus immittit dolorē de culpa. Penitens accedēdo ad confeſſionē cōſiderādo

M Criſtus in aduētu ſuo ꝙttuor facit in anima



M.E.C.D. 2016

peccata ſua magna et grauia debet
timere cõſiderando penã quã ꝑ his
incurrit et tantum debet dolere q̃tũ
in peccato accepit delectationẽ quã
tum glorificauit et in delitijs fuit tã
tum date illi tormẽtũ apoc. xviij. Et
ſecundum quantitatem delicti erit ⁊
plagarum modus. Secundo venit
ſpiritus in aĩa a parte meridionali
immittẽdo gaudium de venia de do
lore gaudeat et de gaudio doleat vt
mulier vel aliquis penitens accedẽs
ad ſacramentum confeſſionis debet
dolere de peccato ſuo et dolendo de
bet habere gaudiũ cogitando ꝙ ſi
ꝓpter deũ confiteatur et habeat diſ
ſplicentiã de illo dñs indulgebit ⁊ re
mittet ſibi peccatũ ſuum: dñs ab au
ſtro veniet gratiam infundendo. di
cet quedam mulier. pater confeſſa
ſum ſepenumero aliqđ peccatũ ve
runtñ ſemꝑ venit in memoriã ob qđ
timeo ꝙ nõ fui cõfeſſa illud vt debui
vel ꝙ curatus meus nõ examinauit
conſcientiã meã vt debuit aut ꝙ de
us nõ pepercit nec remiſit michi il
lud. Amica mea ſi habuiſti dolorem
de illo ⁊ feciſti qđ in te erat ſicut cre
dis ꝙ eſt vnus deus trinus et ſic de
alijs articulis fidei ita debes crede
re ꝙ dñs remiſit tibi peccatum tuũ
non magis teneor credere ꝙ ſecun
da perſona in diuinis noſtrã aſſum
pſit naturã in vtero virginis q̃ debe
am credere ſi fecero qđ ĩ me erit do
lendo de pctõ cõfitendo circũſtãtias
et modos peccati dñs remittet pctm̃
quãtumcunq̃ grande ⁊ enorme fue
rit ſi tamẽ ſacerdos habeat poteſta
tem ligandi et ſoluendi. Nec valet
allegare de beato petro qui ſingulis
noctibus flebat ad vocem galli can
tantis: quoniam ille non dubitabat
quin deus remiſiſſet ei peccatũ ſuũ
ſed cognoſcendo gratiam quã fece
rat ei dñs qm̃ non damnauit eũ ſicut
et damnauit iudam: ideo flebat. Di
co eniꝫ q̃ñ ſacerdos te abſoluit a cul
pa et a delicto tuo ligat te vinculo per
petue deteſtationis pro loco videlicꝫ
et tẽpore: diceres frater. ego habeo
remorſum conſcientie de aliquo pec
cato vellem enim ꝙ nunq̃ redirent
ad memoriam meam. Tu non que
ris rem iuſtam nec petitio tua ẽ vti
lis ymo nocet q: quotiẽs recordaris
de peccato et diſplicet tibi deũ offen
diſſe totiens acquiris nouum meri
tũ. Tertio venit ſpiritus a parte ori
entali in bono ſtabiliẽdo ⁊ confirmã
do. cuſtodiet enim te dominus a reci
diuo ſi eum toto corde inuocaueris
gratia enim aduenlens in anima nõ
ſolum reddit eam gratam et reddit
innocentiam verũetiam confirmat
in bono ⁊ ad bonum habitat. vñ. ps.
Cum ceciderit per temptatõnem dy
abolicam vel malam cogitationem
non collidetur per conſenſum dum
tamen fecerit confeſſionẽ ⁊ timeat
ad vomitum redire q: dominus ſup
ponit manum ſuam. Quarto venit
a parte occidentali de iuſticia diuina
timorem incutiendo. A iudicijs em̃
tuis timui: dicit dauid domine iudi
cia tua abiſſus multa. quidem mori
untur morte ſubita: alij peſte infecti
na: alij fame et forte damnabuntur
cum dyabolis ne id michi contingat
oro vt digneris remittere offenſam.
Uel dic ꝙ per campum iſtum poteſt
intelligi eccleſia in cuius medio ſũt
omnes fideles et criſtiani qui dicun
tur oſſa arida et ſicca et multa. Oſſa Figura
autem dicuntur q: grauia onera pre
ceptorum dura conſilia euangelioꝝ
habent portare: ſed dicuntur arida
cum ſint ſine timore deuotionis ad
deum. cum ſint vani et mundani ſic
caq; vehementer q: ſine dei timore
et proximi. cum ſint arrogantes ⁊ ſu
perbi. ⁊ vltra ſunt valde multa quia
certe multi ſunt mali et peccatores.
Eccl'i. primo ſtultorum infinitus eſt
numerus: et. ps. Omnes declinaue
runt ſed quod deterius accidit inter
dum qđ homo non volens facere ꝑ
ſeipſum quanta mala deſiderat vt
vſuras/ rapinas/ luxurias/ conuo
cat amicos et parentes vt cum ipſis

M.E.C.D. 2016

et per ipſos ſuum impleat deſideriū
et ideo dicitur ꝙ acceſſerunt oſſa ad
oſſa id eſt parētes ad parentes ami=
ci ad amicos vnuſquiſqꝫ ad iacturā
ſuam. id ē ad conſanguineitatem et
amicitiam ſuam vt maiores iniqui=
tates et dampna valeant inferre et
ſubditur cauſa tanti mali quia vi=
delicet non habent carnem neruos
cutem nec ſpiritū. vere peccatores
mundani carnem non habēt. i. amo=
rem ſalutis anime ſue. Nec neruos
id eſt opera pietatis ad deſolatos.
Nec pellem. i. abſtinentiam et affli=
ctionem in corpore proprio nec ſpiri
tum ſanctum in cordibus ſuis ymo
potius ſpiritum dyabolicū qui eos
regit et gubernat in malis operib⁹
de quo primi re. xvi. dicitur. Spirit⁹
malus exagitabat ſaul. id eſt moue
bat et regebat ſic. et modo regit lu=
xurioſos ſuperbos inuidos. Quod
remedium ſalutis ſequitur. Si ſpi=
ritus veniens a quattuor ventis ori=
tali occidentali ſeptentrionali et me
ridionali inſufflaret in cordibus eo=
rum ſtati reuiuiſcerent hoc eſt ſi mi
ſeri peccatores cōſiderarent ſue na=
tiuitatis ortum qui eos humiliaret
et occaſum ſue mortis et extremi iu
dicij qui eos terreret et ſeptentrio=
nem glorie celeſtis quam perdide=
runt ꝛ meridianum penarū inferni
ad quas iā quaſi ſunt dampnati ſi
iſta conſiderarent ſpiritus ſanctus
inſufflaret in cordibus eorum grati
am deuotionis qui eos de morte ad
vitam reſuſcitaret et affectionū ſua
rum pedes in viā ſalutis dirigeret
dat autem ſpiritus ſanctus hec quā
do oriuntur a cauſis quattuor predi
ctis in prima expoſitione ſcilicet qū
oriuntur a peccati cognitione. A do
lore offenſe a confeſſione et a ſatiſ=
factione culpe de quibus in figura
dicitur exodi. xix. die ſcđa deſcendet
dominus in igne fumo a nube den=
ſa et tonitruo in monte ſynay vere
ſi peccator habuerit ignē illuminati
onis fidei ꝛ fumum doloris offenſe
et nubem denſam confeſſionis om=
nium peccatorum ſuorum ꝛ tonitru
um ſatiſfactionis debitorū et pena
rum tunc deſcendet ſpiritus ſanct⁹
dominus celi et terre in corde et con
ſcientia peccatoris eum ſanando ſed
et tertia die dicitur dominus deſcen
dere de nube ſic facienti hec predi=
cta dabit tria bōa. Culpe remiſſionē
gratie infuſionem: ꝛ eterne vite pre
deſtinationem. hec omnia dominus
noſter in ſuo aduētu fecit nobis idō
dicit ecce rex tu⁹ venit tibi māſuet⁹

¶ Declarato ſermonibus preceden
tibus quomodo chriſtus ſponſus
humane nature et rex manſuetus
venit vt mediator reconſiliationem
faciens venit vt redemptor liberan
do in carcere detentos ꝛ dicto heſter
no ſermone qualiter venit ad illumi
nandum cecos ſpirituales viſa etiā
differētia cecitatis ſpiritualis ad cor
poralem ꝛ de triplici modo cecitatis
reſtat pro ſermone pſenti declarare
modum illuminationis horum ce=
corum vnde pro declaratione maio=
ri eſt notandum ꝙ ante incarnatio=
nem humana natura tria patiebat
incommoda ꝛ mala. Primum ma=
lum paciebatur a planta pedis vſqꝫ
ad verticem ideo in ea nulla erat ſa
nitas. Secundo erat famelica et nō
poterat ſaturari ſicut cum extrahit
incarceratus a carcere q ibi fuit de=
tentus totus debilitatur et fameſcit
et quanto plus comedit tanto plus
ſemper vellet comedere et videtur
ꝙ nunqꝫ poterit ſaturari. Tertio ef=
ficitur aridus quoniam ferra quaſi
comederunt pedes eius et nerui ſe
retraxerunt iſtud conſiderans yſa=
dicebat. xlv. capitulo. Rorate celi de
ſuper et nubes pluant iuſtum. Quō
natura hūana fuerit ſicca ꝛ ſine ro=
re et pluuia gratie patet. iij. re. xvij.
Ubi dicitur viuit dominus deus iſ=
rael. in cuius cōſpectu ſto. ſi erit an
nis his ros et pluuia niſi iuxta oris
mei verba. idem habetur iacobi. v.
capitulo vbi dicitur. Helias homo

A natura hu=
mana tria i
cōmoda et
mala pacie
bat ante in
carnationē

M.E.C.D. 2016

erat ſimilis nobis paſſibilis et orati
one orauit vt non plueret ſuper ter=
ram et non pluit annos tres et men
ſes ſex hi tres anni ſunt tempus le=
gis nature. tempus legis moſaice ꝛ
tempus nature deſtitute. ſed quarto
anno ſcilicꝫ in tempore legis gratie
celum dedit pluuiam et terra dedit
fructum ſuuꝫ. Infirmitas igitur na
ture humane fuit magna quia in to
to corpore et non ſolum in vno mē=
bro ſed a planta pedis. id eſt ab vltio
nato añ chriſtum vſqꝫ ad adam nō
erat in natura humana ſanitas. Hec
infirmitas grauis et grandis oſten=
ditur quinqꝫ rationibus ſecundum
ꝙ aliqua infirmitas corporalis dici
tur magna. infirmitas enim dicitur
magna quando peruenit vſqꝫ ad cor

G
Infirmitas oſtēdit grā dis multis rationibus

quoniam cor inter ceteras partes di
citur tenerum ideo quando cor non
eſt ſanū de facili omnia appoſita vo
mit. iere. xiij. ca. Laua a malicia cor
tuum ꝛ ſi cor ſit infirmum vel infec
tum ſic totum corpus dicitur infir=
mum vnde math. v. de corde exeunt
cogitationes male furta adulteria
homicidia que inquinant hominēꝫ
Secundo infirmitas dicitur mala ꝛ
peior prima quando eſt in toto cor=
pore ſic erat infirmitas humane na
ture quia nulluꝫ fuit membrum ſa=
num ab adā vſqꝫ ad xp̄m. Dempta
virgine glorioſa que ſemper remā=
ſit immunis ab omni labe peccati.
vnde auguſtinus. Magnus de celo
venit medicus quia mundus totus
iacebat egrotus. Tertio infirmitas
dicitur mala quando non cogno=
ſcitur quādo quis debilitate cordis
ſubito euaneſcit et non poteſt co=
gnoſci infirmitas tūc iudicatur ma=
la. dico ſimiliter ꝙ nullus eſt inſana
bilior qui ſcienter peccat et īfirmita
tem ſuam ignorat nec vult inuenire
remediū cōtra infirmitatē nam pec
catum qđ fit per ignorantiam domi
nus faciliter remittere vult et pec=
catuꝫ quod fit per infirmitatem. ſed
peccatum quod fit per maliciā ſciē=
ter vix et de difficili curat. Quarto
infirmitas mala dicitur et grauis
quando quis recipit illud per quod
infirmitas ſua roboratur et fouetur
et in ea nutritur vt ſi quis pacietur
colericam paſſionem et querat ace=
tum tunc ſi bibat eiꝰ infirmitas ma
gis augebitur vt ſi quis habeat fe=
brem et petat comedere anguillā. o
amice vere nichil peius pro tua fe=
bre quoniam eam nutrit. Quinto in
firmitas mala iudicatur quādo me=
dicus contempnitur et precepta me
dici non obſeruantur et ſi hec trāſ=
greſſus fuerit infirmus dicitur. par
mon ame) non eſt mirandum ſi de
ceſſerit quoniam noluit obſeruare
precepta medici ſed ipſum contem=
pſit. His quinqꝫ modis genus hūa
num infirmū erat. Primo infirma
batur in corde. Cor hominis eſt pri=
mum viuens et vltimum moriens.
cor autem nature humane fuit adā
et omnes nos ab eo deſcēdimus iō
nos omnes infecit ſicut ſi fons in=

F
Ante xp̄i ī carnationē infirmitas hūani gn̄is magna.

ficiatur omnes riuuli procedentes
ab eo inficiuntur et genitus a patre
leproſo leproſus efficitur ideo ro. v.
in adam omnes moriuntur et nul=
lus venit ab adam quī ſathan teti=
gerit preter chriſtuꝫ et mariam ideo
adam et filij eius et totum genus
humanuꝫ erat infirmum hac lepra
peccati yſa. primo. Quē cupit lāgui
dum et omne cor merens. A planta
pedis vſqꝫ ad verticem non eſt in eo
ſanitas. ab hac autem lepra peccati
non potuimus liberari conuenien=
tius ꝙ̄ per deſcenſuꝫ incarnationis
chriſti et per effuſionem ſui ſangui
nis. vnde auguſtinus. de primo di=
cit de verbis domini non liberare=
tur homo niſi deus fieret homo. de
tali deſcenſu dicit pſalmiſta. lxxi.
Deſcendet ſicut pluuia in vellus.
id eſt imperceptibiliter et leuiter in
vterum virginis ſine leſione. Nā
ſicut vellus non rumpitur dicit glo.
ſed manet integrum ſic et in virgi=
ne benedicta manſit omnimoda

M.E.C.D. 2016

integritas quia manſit virgo ante ꝑ
tum in partu et poſt partum et ſub=
dit p̄s. ſicut ſtillicidia ſtillātia ſuper
terram ſcilicet ad nos lauādum ab
immūdicia noſtra. de ſcd̄o ſcilicet ꝙ
per mortem eius ſanati ſumus pa=
tet yſa. liij. capitulo vulneratus eſt
propter iniquitates noſtras attrit⁹
eſt propter ſcelera noſtra. et vere do=
lores noſtros ipſe portauit et lango
res noſtros ipſe tulit ſuper lignum
crucis in corpore ſuo cui⁹ liuore ſa=
nati ſumus et hanc infirmitatem
ſuſcepit pro nobis quia peccatum
non fecit ſecunda pe. nec inuentus
eſt dolus in ore eius ſed propter ſce
lus populi mei percuſſi euȝ yſa. liij
et hoc maxime per ſanguinem ſuū
Heb. xiij. ieſus vt ſanctificaret popu
lum ſuum per ſanguinem ſuum ex
tra portam paſſus eſt et zach. ix. Tu
quoqꝫ i ſanguine teſtamēti tui emi=
ſiſti vinctos de lacu in quo non erat
aqua ⁊ per neminem alium potera
mus liberari apoc. v. Nemo poterat
aperire librum et ſoluere ſeptem ſi
gnacula eius. ſpiritualiter librum re
demptionis et ſepties fundere ſan=
guinem nemo poterat ſoluere niſi
agnus qui occiſus ē leo de tribu iu=
da. vnde hieronim⁹. Per paſſionis
chriſti auxilium data eſt hominum
ſalus ⁊ remedium et per lignum ce
drinum. i. per lignum ſancte crucis
obtulit duos paſſeres. i. duplicē na=
turam ſcilicet diuinam et humanā
vna fuit occiſa ſcȝ humana diuina
vero euolauit. i. impaſſibilis reman
ſit et ſicut naamā leproſus ad prece=
ptum helyſei ſepties ſe lauit in ior=
dani flumine. iiij. Regū. v. et mun=
datus eſt ſic: per ſeptuplicē xp̄i ſan=
guinis effuſionē lauti ſum⁹ ⁊ mūda
ti oēs. Apoc. primo lauit nos a pec=
catis noſtris in ſanguine ſuo ⁊ aug.
Magnus de celo deſcēdit medicus
et fuſus eſt ſanguis medici et factū
eſt medicamētū frenetici. Ipſe eniȝ
permiſit tāgi venā cordis ſui et pati
fleubotomiā ⁊ ꝙ per oēs ꝑtes ſui cor
poris et ſanguis effunderet vt nos
pauperes miſeri ſanaremur. Quis
medicus vnqꝫ hec fecit vel vellet fa
cere ecce quanta charitas et dilectio
ineſtimabilis charitatis de qua pri=
ma io. iiij. In hoc apparuit charitaſ
dei in nobis qm̄ vnigenitū filiū ſuū
miſit deus in mundum vt viuamus
per eum. ſed queſo pro tot bn̄ficijs
ſibi collatis quid ſeruitij reddunt et
miſeri luxurioſi auari cupidi rapto=
res oppreſſores pauperū defēſores
ſuorum peccatorum. Si eniȝ iuxta
eſaiā. xliij. ca. Seruire fecim⁹ eum
peccatis noſtris viceuerſa debemus
ei ſeruire et ꝓpter eum dolores et
penitentiam tollerare. Qd̄ ſi cōſide
rauerimus que pro nobis fecit dura
hec non erunt nec grauia nobis. vn̄
ber. Bonus miles ſua nō ſentit duȝ
regis intuetur vulnera. Nam nichil
eſt qd̄ pateris ſi reſpicis quid pro te
biberit rex tuus in patibulo crucis
ſi vero hec non fecerim⁹ et ei nō ſer=
uierimus ſcribitur de nobis eſaie.
lx. gens et regnum qd̄ nō ſeruierit ti
bi peribit et gentes ſolitudine vaſta=
buntur. Secūdo īfirmitas gn̄is erat
mala qm̄ nō cognoſcebat remediū
ſue infirmitatis et multi nō cogno=
ſcebant infirmitatem ſuam. i. pctm̄
ſuum vn̄ ambro. grauiſſime peccas
ſi ignoras delictū natura eni hūana
ſoluȝ hec temporalia q̄rebat de vita
erat ſollicita ſȝ nulla erat ei cura de
aīa que tamen letali vulnere ſaucia
batur: ignorabat enim hoc malum ⁊
volebat ignorare cū tamē hec igno=
rantia non excuſet. dicet quidam pa
ter non occidi hoīem ſed habui vo=
luntatē occidēdi. Non habui mulie=
rem ſȝ habui malā volūtatē ⁊ ſi fuiſ
ſet in camera mea et voluiſſet michi
conſentire feciſſem voluntateȝ meā
dico ꝙ ſufficit illa voluntas (. por te
dampner. vide exempluȝ familiare
Hic ſunt tres homines qui hac no=
cte currendo per ciuitateȝ eundo ad
proſtibula et ad loca turpia fuerunt
vulnerati quidam eorum habuit de

M.E.C.D. 2016

cem ictus enſis et moritur.ſecund⁹
habuit quattuor ictus.tertius preci=
ſe vnum ⁊ moritur ſicut et ceteri nū
quid habuit ita magnuz ictum ſicut
et ipſi. Quis alium cum canipulo
eque bene occidit ſicut cū enſe. Nō
eſt ergo paruum peccatum vel pua
voluntas que ducit hominem ad dā
nationem:ſemel enī iurare aut blaſ=
femare nomē dei aut adulterari fu
rari ⁊ ſic de alijs ducet eq̄ te ad dam
pnationē ſicut iurare decies lʒ pro il
la vice et pro vno peccato non tantū
punieris ſicut pro decem apoc.xviij
Quantum glorificat ſe et in delicijs
fuit tantum date illi tormentum et
luctum et quoniam dictum eſt ꝙ na
tura humana ſuum peccatum igno
rabat et infirmitatem ne te excuſa=
ueris de ignorantia nota ꝙ peccatū
eſt triplex ſiue committitur tribus
modis vt dicit grego.et habetur de
pe.di.ij.ca.ſciendum nam aut igno=
rantia aut īfirmitate aut ſtudio per
petratur ⁊ grauius quidem infirmi
tate ꝙ̄ ignorantia ſed multo fortius
ſtudio ꝙ̄ infirmitate peccatur igno=
rantia peccauit paulus vt per ſe fa
tetur prima thi.primo. Blaſphe=
mus fui et perſecutor et contumeli
oſus ſed miſericordiam dei conſecu
tus ſum quia ignorans feci in incre
dulitate.ſed ignorantia cum non ex
cuſaſſet vt dicit aug.et habetur.xxx
vij.di.ca.non omnis inquit non oīs
ignorans īmunis eſt a pena.Ille enī
ignorans poteſt excuſari a pena qui
qd̄ diſceret non inuenit illis autem
hoc ignoſci nō poterit qui habētes
a quo diſcerent operā non dederūt
ideo ber.de xij.gradibus humilita=
tis.fruſtra ſibi blanditur de ignorā=
tia qui vt leui⁹ peccet liberius igno
rat.de talibus dicit grego.⁊ habetur
xxxviij.diſ.ca. Qui ,ea que dei ſunt
neſciunt a domino neſciuntur pau=
lo atteſtante qui ait.prime cor.xiiij.
ſi quis ignorat ignorabitur. Secun
di peccant per humanam infirmita
tem ſcientes bene ꝙ malum eſt ꝙ

P
Pctm̄ tri=
bus mōis
cōmittitur

peccant et tamen ex mētis leuitate
et carnis infirmitate cito temptati
ſuccumbunt de quibus prime cor.
xi.ca.Inter vos multi infirmi et im
becilles et dormiunt multi.i.pigri
et debiles ſunt ad reſiſtendum. Ta=
lis fuit petrus q̄ dixit luc.xxij.domi=
ne paratus ſum tecum in carcerem
et in mortem ire et anteq̄ꝫ gallus cā
tauit bis ter dominuz negauit. Ta=
les ſunt qui ſtulta emittunt vota
et promiſſiones multas faciunt in
ſuis confeſſionibus.promittunt enī
emendam et modico tempore abſti=
nent a vicijs et emittunt vota mul=
ta ſed immediate ſoluunt ea et reli=
quunt pollicitationem quam domi=
no promiſerant.Hi ad tempus cre=
dunt et in tempore temptationis re
cedunt.Tertij peccāt ex malicia qui
malum bene cognoſcunt ⁊ faciliter
reſiſtere poſſent ſed nolunt ꝓuerbi
orum.ij.Letantur cum malefecerit
et exultant in rebus peſſimis.Talis
fuit iudas qui ex malicia ieſum vē=
didit math.xxvi.Licet ergo peccatū
qd̄ fit per ignorantiam et infirmita
tem remittere dn̄s velit et peccatuʒ
qd̄ fit per maliciam difficilius cure
tur omne tamen peccatum quantū=
cunqʒ magnum per penitentiam
deleri poteſt de quo yſidorus. Nul=
la eſt culpa que non habet veniam
niſi deſperationis crimen. Quod
probat damaſce.ſic.Si aliquod ma
xime crucifixionis crimē quod fuit
maximū quia vita chriſti fuit quod
dam optimum ergo mors ipſius in
nocentis quid peſſimum ſed illud
remediabile fuit vt dicit gregorius
xxiiij.queſtione.prima Si petrus ꝙ
dominus reſtituit aurē malcho quā
petrus volens percuſſit in hoc ſigni
ficans etiam ipſos ſi conuertantur
poſſe ſaluari qui in paſſione chriſti
vulnerati ſunt eo ꝙ omne peccatuʒ
in miſterio fidei abluitur.ideo aug.
Quid conuerſo non ignoſcitur cuʒ
ſanguinis effuſio chriſti inuocatur
ideo dicit dominus per ezechielem

Q
Pctm̄ quā
tūcūqʒ ma=
gnuʒ delet
per pn̄iam.

M.E.C.D. 2016

xviij. Nolo mortem peccatoris ſed
vt magis conuertatur et viuat. pro-
pter hoc enī deſcendit de celo et no-
ſtram naturam aſſumpſit vt prius
fuit tactum et videns noſtram miſe-
riam dicit exo iij. vidi afflictionem
populi mei in egipto .i. in tenebris
peccatorum et ſciens dolorem eius
deſcendi vt liberem eum. Tertio in-
firmitas grauis iudicatur quando
quis capit illd̄ per qd̄ īfirmitas ſua
nutritur et fouetur vt quis infirmꝰ
febre acuta comedēs anguillam dif-
ficulter poteſt ſanari quia accipit id
per quod nutritur febris ī eo. Huiꝰ
modi erat natura humana ante xp̄i
incarnationem quia occidebat eos
qui aliquomō poterant eſſe mediuʒ
pacis et reconſiliationis eorum ad
deum occiderunt enim prophetas.
vt manaſſes occidit eſaiam ſectus ē
enim in duas partes ſerra ligni vt
maius ei inferret tormentum ⁊ mar-
tirium et ſanguinem innoxium fu-
dit manaſſes multum nimis donec
impleretur hieruſalem vſq; ad os.
iiij. re. xxi. Similiter et hieremias a
populo in egipto fuit obrutus lapi-
dibus. vt dicit hieronimus in prolo-
go libri hieremie. Similiter et zach.
fuit occiſus inter templum et altare
Qd̄ oſtendit dominus math. xxiij.
capitulo. Ecce mitto ad vos prophe-
tas ſapientes et ſcribas et ex illis oc-
cidetis et crucifigetis ⁊ ex eis flagel-
labitis in ſinagogis veſtris et perſe-
quimini de ciuitate in ciuitatem vt
veniat ſuper vos omnis ſanguis iu-
ſtus. hieruſalem hieruſalem que oc-
cidis prophetas qui ad te miſſi ſunt
et cetera. Quarto iudicatur infirmi-
tas magna quando contempnitur
medicus ſimiliter iudei ex quibus
chriſtus deſcendit ſecundum carnē
contempſerunt eum ⁊ noluerunt re-
cipere vt verum medicū eorum ſed
dicebant pylato non habemus re-
gem niſi ceſarē. Crucifige crucifige
eum. io. xix. ca. hec pro prima parte.
¶ Conſequēter in ſecunda parte ſer-
monis oportet oſtendere modum
quo poterimus illuminari et vt dixi-
mus in prioribus ſermonibus chri-
ſtus eſt medium quo illuminamur
et fecit de ſanguine ſuo vnum am-
plaſtruʒ qd̄ poſuit ſuper oculos no-
ſtros et lauit nos ac purgauit. ideo
dico q̄ cecus ſpiritualis ad modum
ceci corporalis ſeptem modis illu-
minari poteſt. Primo per pene af-
flictionem vnde gregorius. Oculos
quos culpa claudit pena aperit. figu-
ra habetur gen̄. iij. capitulo vbi dici-
tur q̄ cum primi parentes comediſ-
ſent de fructu ligni vetiti apti ſunt
oculi amborum. Cumq; cognouiſ-
ſent ſe eſſe nudos conſuerunt folia
ficus et fecerunt ſibi perizomata.
Accipe aliquam mulierem vxoratā
que nullos habet liberos nec vnꝗ̄
habuit triſticiam aut infirmitatem
letatur gaudet vadit aliquando ad
banqueta quere ab ea. Amica mea
cognoſcis deum ſeruis deo (par mō
ame frere non) Nec irem ad eccleſi-
am aut diebus dominicis ad miſſaʒ
niſi eſſet modus patrie immutat il-
li dominus febrem acutam tunc cla-
mabit ad dominum et oculi eius ex
hac pena quam patitur aperientur
vt deum recognoſcat qui prius ta-
men claudebantur vnde quoſdam
dominus punit morte ſubita qui
nō cogitant de eo: bonam ducunt
leticiam de ſero in cena et aliquan-
do reperiuntur in craſtinuʒ mortui
in lectis ſuis. quid vultis dicere ve-
re melius eſſet infirmari vno anno
et cognoſcere deum in ſua infirmi-
tate et cogitare de caſu ſuo q̄ ſic mi-
ſerabiliter ī tali cecitate permanere
et tandem cruciari cum dyabolis
figura habetur gen̄ .iij. poſtq̄ co-
mederunt adam et eua de fructu li-
gni vetiti aperti ſunt oculi eorum et
cum audirent voceʒ dei noſtri deam-
bulantis in paradiſo ad horam poſt
meridiem abſconderunt ſe. voca-
uit autem dominus adam dicens
adā vbi es domine audiui auditū

D
Cecus ſpi-
ritualiter il-
luminaẗ p.

M.E.C.D. 2016

tuum et timul et abſcondi me eo ꝙ nudus eſſem: adam quod erat indumentum tuum erat innocentia. vnde Deus ab initio fecit hominem et veſtiuit eum virtute adam quis indicauit tibi ꝙ nudus eſſes. domine tranſgreſſio tui preceptí et rebellio inter carnem et ſpiritum quam prius non habebam. Figura habetur ſimiliter ſecundi paralipo. xxxiij. in manaſſe rege. Hieruſalẽ qui captus a principibus regis aſſiriorum vinctũ cathenis vinctum atqꝫ compedibus duxerũt in babilonez. Qui poſtꝙ coanguſtatus ẽ orauit dominum deum ſuum ⁊ egit penitentiam valde coram deo patrum ſuorum. deprecatuſqꝫ eſt eum ⁊ obſecrauit intente dicens: peccaui ſuper numerum arene maris multiplicate ſunt iniquitates mee malum corã te feci ſtatuens abhominationes et multiplicans offenſiones. Peccaui domine peccaui et iniquitatem meã agnoſco et nunc flecto genua cordis mei precans ad te bonitatem domine exaudiuit aũt dominus orationez eius et reduxit eum. Hieruſalem in regnuz ſuum et cognouit manaſſes ꝙ dominus eſſet deus eius. Secundo per fragilitatis conſiderationez Jo. ix. Lutum fecit ex ſputo ⁊ liniuit oculos meos et modo video. qñ eñi deus mittit alicui conſiderationem ſui peccati tunc per recordationẽ offenſe et diſplicentiã illuminat illum conſiderando ꝙ eſt puluis et cinis ⁊ abiectus. Similes debent eſſe iſti pauoni qui faciendo rotam de plumis ſuis aſpiciendo plumarum ⁊ pennarum ſuarum pulchritudinem ſuperbit: ſed reſpiciendo pedes ſuos qui ſunt ſimiles pedis ſerpentis tremet et vocem horribiliorem ceteris auibus emittit et ſi poſſet tunc ſe abſcõderet. ſic modo faciunt iuuenes mulieres que videndo in ſpeculo pulcritudinem ſuarum facierum deſpiciunt matres ſuas que ſũt antiquiꝰ et aliquando dimittunt eas iuxta caminum verſus fumum et iam vellent eas mortuas: ſed vtinaz facerẽt ſicut pauo non ſolum reſpicerẽt pulchritudinem ſuam ſed aſpicerent ad pedes ſuos .i. ad finem ſuum attenderent ⁊ ceteras turpes turpitudine corporis non deſpicerent. vtinam facerent ſicut equus qui cauda ſua fugat muſcas. cauda tua ẽ ꝯſideratio mortis et penarum infernaliũ quas ſi attenderes non haberes materiaz elationis ſuperbie ac tumoris. vnde Job. xij. ca. Jnterroga iumenta ⁊ docebunt te et volatilia celi ⁊ indicabũt tibi. Si ergo habeamus conſiderationem peccatorũ noſtrorum et diſpliceat nobis deum offendiſſe faciliter hanc illuminatõez poterimus ſuſcipere. Et ſic grãz dei in hoc mũdo recipere ⁊ i futuro cũ eo gaudere ſine fine in regno ſuo quod nobis concedat ⁊c.

## ¶ Dominica tertia aduentus.

Ecce rex tuus venit tibi mãſuctus vbi ſupra. Tu qs es vox clamãtis in deſerto parate viam domini. Jo. primo quo ad primam partem. quo ad alias duas luc. iij. et yſaie. xl. ca. Commentator de impreſſionibus in lib. ariſto. dicit fulmen quod oritur ſole lucente raro nocet: ſꝫ in nocte eſt periculoſius et ſepius nocet. Ratio qꝛ lumẽ ſolis fulminis virtutem diſtrahit vmbra autem ipſum vnit. modo verum qꝺ virtus vnita eſt fortior ſeipſa diſperſa. Quod verbum ſpiritualiter põt intelligi duobus modis. Primo fulmen comminatõnis ſacre ſcripture in preſenti vita lucẽte ſole miſericordie nichil nocet qꝛ nunc lumen ſolis .i. miſericordia dei mitigat iraz eius et comminationem ſacre ſcripture diſtrahit. verbigratia eſt terribile verbum qꝺ dominus cõminatur amos ix. Jn gladio morientur omnes peccatores populi mei. Hoc fulmen habebit virtutem in nocte iudicij. ſed

M Fulmẽ periculoſius eſſe i nocte ꝙ in die et ponit̃ ꝓio.

M.E.C.D. 2016

nunc in die gratie diſtrahitur per dei miſericordiā de qua ezechiel.xviij. Nolo mortem peccatoris. dedit eniꝫ dominus homini in hoc tempore liberum arbitriū ꝙ ſi voluerit ſaluus erit eccli.xv. Appoſuit tibi dominus aquam et ignem.i.gloriā refrigerij ac penā gehenne ad qđ volueris porrige manum tuam.i.in poteſtate tua eſt eligere bonum vel malum: ſic autem modo erit poſt hanc vitam: naꝫ qui nūc eſt benignus tunc erit furioſus et terribilis ideo reſpiciam⁹ nūc ad eius benignitatē vt poſſimus miſericordiam conſequi. Moraliter ſic

Secundo

exponitur fulmen diuie iuſticie: fuit periculoſius in nocte.ve.te. ante incarnationem criſti ꝙ in die gratie in quo nunc ſumus. Patuit in caſu dyaboli qui propter vnam malam inordinatam voluntatem dixit: in celuꝫ cōſcēdā ſuper aſtra dei exaltabo ſoliū meum.aſcendam ſuper altitudineꝫ nubium ſimilis ero altiſſimo.eſaie. xiiij.ca. Qui continuo cecidit in profundum inferni. vnde in eodē ca.ſequitur: veruntamen ad infernuꝫ detraheris in profunduꝫ laci. Hic rigor et hoc fulmen diuine iuſticie patuit in eiectione primorum parentum a paradiſo terreſtri propter inobedientiam eorum eo ꝙ comederūt de fructu ligni vetiti.geñ.iij. Ob qđ emiſit eos dominus de loco voluptatis vt operarentur terram de qua ſumpti erant. Hic rigor patet ex textu. iere. xiiij.ca. Qui ieremias cum oraſſet ꝓ quodam populo ne periret. dicit ei dominus et recitatur de pe.d.i.in ca. predixerat. Noli orare ꝓ populo iſto in bonum quoniam cum ieiunauerint non exaudiam preces eorum et ſi obtulerint holocauſtomata ⁊ victimas non ſuſcipiam ea qm̄ gladio et fame et peſte ego conſummam eos et iere.xv. Si ſteterint moyſes et ſamuel corā me non eſt anima mea ad populum ſuuꝫ. ſi dixerie quo ibunt ergo. qui ad mortem ad morteꝫ qui ad gladium ad gladium et qui ad famem ad famē et ꝙ ad captiuitatē ad captiuitatē. Hic rigor diuīe iuſticie vt dicūt doctores timēd⁹ ē. Primo q̄r nō declinatur virium poteſtate. non debilitatur tēporis tarditate vł vetuſtate. Tertio in plures excitatur vnius occaſione. Quarto non mitigatur niſi in humilitate. primo nō declinatur virium poteſtate. ſi eſſet aliquis princeps francie qui dediſſet inimicis regni in regnum vel in aliquam ciuitatem et poſſet effugere manus regis non multum timeret regem ſꝫ non ſic poteſt declinari hic timor q̄m impoſſibile eſt effugere manum dñi ps. Si aſcendero in celū tu illic es: ſi deſcendero in infernuꝫ ades. ſi ſumpſero pennas meas diluculo et habitauero in extremis maris etenim illic man⁹ tua deducet me. Dixi ergo primo ꝙ fulmen vel ira diuine iuſticie que ira dei nihil aliud eſt ꝙ iuſta dei vindicta ſecundum aug.de ci.dei li.v.ca.xxv. Non declinatur virium poteſtate. ab ira eniꝫ hominis pōt aliquis ſe fortaſſis abſcondere vł ſubterfugere vel reſiſtere ſed ira dei nec loco metitur nec finitur tempore nec virtute deſcenditur naum. p̄io capi. Quis ſtabit ante faciem indignationis eius et quis reſiſtet ire furoris eius et.ps. Quis nouit poteſtatem ire tue ⁊ pre.ti.t.i.di.q. diceret nemo Non eīn poſſumus eum impotentē facere nec declinare a rigore iuſticie eius. ſicut poteſt q̄s iudex declinare a rigore iuſticie. Aut propter ſuperiorum iudicum reuocationes aut ꝓpter interpoſitas appellationes: aut propter futuras viſitationes: aut ꝓpter ſequentes perſecutiones. ſed nichil iſtorum poterit in deo cauſare timorem quin vtaƭ rigore ſue iuſticie q̄r ipſe eſt iudex ſupremus. ꝓpterea dicitur ſapien.xij.ca. Quis eniꝫ dicit tibi quid feciſti reuocando veꝫ ſententiam a te dataꝫ.q.d.nullus. aut quis ſtabit contra iudicium tuum interponendo appellationem. aut quis in cōſpectu tuo veniet vindex iniquorum

R Timēdus eſt fulmē ⁊ rigor diuīe iuſticie q̄r

L Solꝫ iudex decinare a rigore iuſticie

h

M.E.C.D. 2016

hominuȝ quaſi dicat. quis preſumet
irritare tuum iudicium ne ſortiatur
effectum per iudiciariaȝ viſitationē
vt vindicet penam illatam per te ini
quis hominibus quaſi dicat nullus
aut quis tibi imputabit ſi perierint
nationes quas tu feciſti perſecutōes
tibi poſtea vel moleſtias inferēdo. q.
di. nullus iob. v. Si ſubuerterit om-
nia et in vnum coartauerit quis con
tradicit ei. Nam ꝙ quelibet harum
cauſarum a deo excludatur patet ſic
Nam ipſe eſt deus iudex ſupremus
et diſpoſitor omnium rerum. vnde
ſubditur ſapiētie. capitulo preallega
to. Nec enim eſt alius deus ꝙ tu cui
cura eſt de omnibus vt oſtendas quo
niam non iniuſte iudicas iudicium.
Secūda cōditio ire dei eſt ꝙ nō debi-
litatur temporis tarditate. vnde vale
rius libro. vij. capitulo ſecundo. Len
to quidem gradu diuina procedit ira
tarditatemqꝫ ſupplicij grauitate cō-
penſat. eccli. xvi. In gente incredibi-
li exardeſcet ira quanto enim domi-
nus te expectauerit et dederit locum
et tempus penitentie ſi non conuer
taris tāto grauius te damnabit. Un-
de fertur de quedā ciuitate que bel-
lo laceſſita miſit ad quendam princi
pem pro ſuccurſu habendo et vt illi
de ciuitate eius animum facilius et
citius inclinarent. exponunt ſibi for
titudinem ciuitatis in muris ⁊ turri
bus et foſſatis quibus ille pro reſpō
ſo remiſit. eſt ne inquit veſtra ciuitas
ſuperius cooperta ita ꝙ ira dei ſup
ipſaȝ deſcendere nequeat. qḋ ſi eſt li-
benter veniam et defendam vos ſin
autem iram dei ꝓpter peccata veſtra
pugnare non audeo. In quadaȝ etiā
patria in anglia. dicitur contigiſſe ꝙ
blada in eſtate pl̄cherrima creuerāt
et ecce appropiquāte tempore meſſi
um venit quoddā genus muſcaruȝ
in tanta multitudine ꝙ totū bladum
intantū conſumpſerunt ꝙ vix in qui
qꝫ miliarium ſpacio vnus modius in
ueniretur. Homines de illa patria
quaſdam de illis muſcis ceperunt ⁊

℄ Bona nar-
ratio

Exempluȝ

diligenter inſpicientes quales eſſent
quia nunqꝫ prius cōſimiles viderant
inuenerunt eas habere litteras de-
pictas in alis ſuis. in vna ala ſcribe-
batur ira in altera dei vt manifeſtum
eſſet propter demerita populi vindi-
ctaȝ diuinaȝ fuiſſe iuxta illud iere. xij.
Seminauerunt triticum et meſſue-
runt ſpinas hereditatem acceperunt
et eis non proderit. confundemini a
fructibus veſtris propter iram furo
ris domini. Tertia cōditio ire dei vel
fulminis et rigoris iuſticie eſt ꝙ in plu
res excitatur ob vnius prauitatē naȝ
ꝓpter vnius perſone maliciam fla-
gellat deus aliqñ vnam magnā mul
titudinem. Exemplū gen̄. xx. cap. vbi
dicitur ꝙ tota domus abimelech ſte
rilis facta fuit propter demeritum
abimelech. concluſerat enim de⁹ om
nem vuluam domus abimelech pro
pter ſaram vxorem abrahe quam ac
ceperat et totus populus iſrael pro-
pter peccatum achor punitus fuit io
ſue. vij. capi. eo ꝙ tuliſſet aliquid de
anathemate et preuaricatus fuiſſet
mandatū domini qui preceperat om
nia ꝯburi nec aliquid r̄ſeruari qḋ ta
men fecit achan naȝ ibi dicitur. Nō
poteris ſtare cōtra inimicos tuos do
nec deleatur ex te qui contaminatus
eſt hoc ſcelere propter qḋ ioſue. xxij.
Legimus phinees dixiſſe cuidaȝ pa-
tri filiorū iſrael. vos hodie dominū
reliquiſtis et cras in vniuerſum iſra
el ira eius deſeuiet. Nonne achor fi-
lius zari preterijt mandatuȝ domini
et ſuper omnem populum iſrael ira
eius incubuit. dominus enim aliquā
do punit vnum hominem pro pecca
to alterius temporaliter ſed eternali
ter non. Modo ergo nulli mirū eſſe
debet ſi dominus puniat ⁊ ſi ira eius
ſeuiat quoniam non ſolum vnus nō
tantum maior pars totius populi de
um offendit ymo omnes fere in quo
cunqꝫ ſtatu deum offendunt. Omēs
enim declinauerunt et vnuſqꝫ am
bulat poſt concupiſcentias ſuas ⁊ ſe
cundum prauitatem cordis ſui nō ex

D
℄ Culpa vni
us pl̄es tē
poralr pu-
niuntur.

M.E.C.D. 2016

go mirum ſi ſeuiat ira eius ꝛ fulmē
diuine vindicte et ſi tot guerras pe-
ſtes et alia incōmoda innumera pa-
tiamur. Quarta conditio ire dei eſt
ꝙ non mitigatur niſi per humilitatē
vbi notandum ꝙ deus in natura ſic
preuidit communiter ꝙ clementia ꝛ
potentia fortitudo et māſuetudo na
turaliter coniunguntur et vbi ē plus
fortitudinis ibi plus māſuetudinis
et clementie reperitur. Exemplū de
leone qui fortiſſimus beſtiarum cle-
mentiſſimus eſt. vnde ſolinus de mi
rabilibus mundi leonum clementie
iudicia multa ſunt. Proſtratis par-
cunt in viros potius ꝙ in feminas ſe
uiunt: infantes nō niſi magna fame
perimunt nec a miſericordia ſeparā
tur. vnde metrice dicitur. Parcere ꝓ
ſtratis ſcit nobilis ira leonis. Quan
tūcunq; ergo deum offenderis ſi te
humiliaueris placabis eum. ij. para
li. xij. Quia humiliati ſunt auerſa ē
ira dei ab eis. vnde chriſtus more le-
onis non iraſcitur niſi leſus. propte-
rea dicitur eſaie. lxiiij. Ne iraſcaris
domine ſatis et ne vltra memineris
iniquitatum noſtraruꝫ. Chriſtus au-
tem more leonis quibuſcunq; ſe pro
ſternentibus per humilitatem et pe
nitentiam clementem ſe exhibet ꝛ in
viros potius ꝙ in feminas hoc eſt in
peccātes ex malicia potius ꝙ in pec
cantes ex paſſione et ignorantia ſevi
dicat. et infantes id eſt innocētes nō
niſi magna fame. id eſt magno amo
re ſalutis eorum in preſenti flagellat
apoc. iij. Ego quos amo arguo et ca
ſtigo. ad hoc enim oſtendendum ve-
nit in mundum et deſcendit in virgi
nis vterū factus obediens patri vſq;
ad mortem mortem autem crucis ad
phili. ij. Nam tempore ve. le. erat leo
fortiſſimus modo autem agnus mi
tiſſimus et māſuetiſſimus per incar
nationeꝫ factus eſt qui more leonis
petentibus veniam de offenſis ꝛ ꝓ-
ſtratis humilibus parcere conſueuit
et iram patris mitigauit ꝛ nos illi re
conſiliat: ſi ergo queratur illi: tu
quis es. reſpondet ego ſuꝫ qui deleo
iniquitates tuas qui te patri meo
per nature aſſumptionem reconſili-
aui. Hec pro introductione verbo-
rum.

F Fortitudo ꝛ clemētia potētia ꝛ māſuetudo quomodo dicūtur naturaliter ꝯiūgi.

C Leonis ꝓprietates q̄ applicātur chriſto.

¶ In iſto ſermone erunt due partes
In prima queſtio theologalis que-
daꝫ declarabit ꝛ queretur. tu quis es
aſſumens naturaꝫ humanam an to-
ta trinitas vel vna perſona. tantum
ꝙ ſi vna perſona quare magis per-
ſona filij ꝙ patris aut ſpiritusſancti.
In ſecūda queretur tu quis es in or-
dine ad quinq; vel ad ſex quibus de
us venit ad animam vel viſitat ani-
mam per gratiam. Quo ad primam
parteꝫ q̄rit̄ tu q̄s es qui aſſūpſiſti hu
manam carnem vtrum ſis perſona
filij vel tota trinitas. ꝙ autem incar-
natio ſit opus totius trinitatis patet
per auguſtinuꝫ in encheridion quia
opera trinitatis ad extra ſunt indiui
ſa ſed opus incarnatōis eſt opus ad
extra ergo ꝛc.

Queſtio

¶ In oppoſitum arguitur quia dici
tur Iohannis primo. Verbum caro
factum eſt. Reſpondet bonaduentu
ra diſtinctione prima tertij. ſenten-
tiarum articulo ſecundo queſtione
prima. Licet perſona patris et ſpiri-
tusſancti ydonee fuerint ad incarna-
tionem tamen perſona filij fuit ma-
gis ydonea ſiue loquamur de ipa in
carnatione in ſe ſiue prout ordinata
eſt ad humani generis redemptōeꝫ
ſi enim loquamur de ipſa incarnati-
one in ſe magis congruum fuit per
ſonam filij incarnari. et inquantum
eſt ymago et inquantum eſt verbuꝫ
et inquantum eſt filius. inquantum
eſt ymago quia homo aſſumptibilis
erat et ratōe dignitatis ymaginis q̄
filius eſt ymago patris. ideo magis
conueniens erat filij perſonam aſſu
mere creaturam. Rurſus quia fi-
lius dei verbum eſt patris ſic proce-
dit ab ipſo vt pater ſe manifeſtet
per ipſum et ideo ſicut ad intentio-

M Verbū aſſūpſit in ſaꝫ naturā et non pat aut ſpiritusſāctus triplici rōe

nis manifeſtationē verbum intel=
lectuale copulatur voci ſenſibili. ſic
ad diuinitatis reuelationem verbū
patris congruum fuit vniri carni.
Poſtremo quia filius eſt ſemel ge=
nitus ab eterno. et ſic cōgruebat de=
um carnem aſſumere vt eſſet de ge=
nere hominum et ita hominis filiū
et ideo decebat magis eum incarna
ri ꝗ patrem vel ſpiritum ſanctum.
Nam filius dei non q̄ſiuit niſi ma=
trem in terris quia iam habebat pa=
trem in celis. Magis igitur fuit de=
cens filiū incarnari ꝗ aliam perſo=
nam. ſi loq̄mur ſcd̄o de ipſa icarna
tione per comparationem ad ipſius
humani generis redemptionem.
Et hoc ſi conſideremus hominis la
pſum reparandi modū. reparatio=
nis fructum. ſi conſideremus homi
nis lapſū videbimus ꝙ lapſus fuit
appetendo falſam dei equalitatem ⁊
quia primo filio attribuit̄ equalitas
hinc eſt ꝙ ex ipſo ſumpſit homo la=
pſus occaſionem. et ideo inde ſume
re debuit reparationē. rurſus ſi cō=
ſideremus modū reparationis ma
gis competit filio. reparati enim ſu=
mus per mediatoris obedientiam ⁊
ſupplicationem et quia magis com
petit filium ſupplicare patri et obe=
dire hinc eſt ꝙ magis competit filio
carnem aſſumere. Poſtremo ſi con
ſideremus reparationis fructum vl̄
effectum magis competebat filio in
carnari quia incarnatio ad hoc ordi=
natur vt ſimus filij dei. ſi ergo poſte
rius per illud habet reduci quod eſt
prius in eodē genere congruum fu
it vt filij dei efficeremur per eū qui
eſt filius naturalis vel ſub alijs ver=
bis et breuibus dic ꝙ ratione appro
priatorum et propriorum perſona fi
lij inter ceteras fuit magis ydonea
Primo quia filiꝰ eſt ymago patris
ad heb. primo capitulo. Qui cū ſit
ſplendor glorie et figura ſubſtantie
eius. Secundo habet hoc proprium
quia eſt filius in diuinis et conſtitui
tur in eſſe perſonali per filiationem
io. iij. ⁊ luce. marci. vltimo. Baptiſan
tes eos in noīe patris et filij et ſpiri
tus ſancti. Tertio dicitur eſſe verbū
quod ipſi filio cōuenit ſoli. Quarto
quia eſt media pſona in diuinis mo
do liberati ſumus per mediatorē qd̄
fuit decentius. Scd̄o congruū fuit
filium incarnari magis ꝗ pater aut
ſpiritus ſanctus rōe appropriatorū
Primo dicitur eſſe ſapientia patris
Patris ſapiētia veritas diuina. Itē
verbum dicitur eſſe brachiū patris
fecit potentiam in brachio ſuo .i. in
filio. Tertio ei attribuit̄ equalitas.
Equalis patri ſecundū diuinitatem
minor patre ſecundū humanitatem
Quarto filio attribuitur ſpecioſitas
et pulchritudo ſpecioſus forma pre
filijs hominum. Et quia deus ſua
ſapientia creauerat res et eas di=
ſpoſuerat ſapientia ſua. congruum
fuit ꝙ ſapientia oſideretur in repa=
ratione generis humani. reliquamꝰ
hec pro theologis. veniamus ad ſe=
cundā partē. Tu quis es hec q̄ſtio
eſt de aduentu in mentē in qua venit
deus viſitare animā per gratiā. Tu
ergo quis es reſpondet.
Iudex incutiens timorem.
Medicus ſanans langorem.
Viator alleuians laborem.
Magiſter corrigens errorem.
Rex oſtendens honorem.
Sponſus inflammās ad amorem.
¶ Primo enī venit deus in aīam vt iu
dex icutiēs timorē ⁊ hoc fit in pctōꝝ
cōuerſiōe qn̄ audimꝰ vocē dei loquē
tis nobiſ illud eſaye. xlvi. Redite pre
uaricatores ad cor. Hoc figurat̄ ter=
cij regū. xix. ca. vbi dr̄ ꝙ cū eſſet he=
lyas in ſpelūca abſcōſus factꝰ eſt ſer
mo domini ad eū. Quid hic agis he
lya. egredere et ſta in mōte corā dn̄o
et ecce dn̄s trāſijt ⁊ ſpūs grādis ⁊ for
tis ſubuertēs mōtes et cōterens pe=
tras añ dn̄m. Non in ſpū dn̄s et poſt
ſpiritū ꝯmotio nō in cōmotōe dn̄s et
poſt ꝯmotionē ignis nō in igne dn̄s
et poſt ignē ſibilus aure tenuis. le=
gimꝰ in biblia nr̄a loco allegato quō

N
Chriſtus ꝑ
aduētū in
mētem ani
mā viſitat
ſex modis

helias fugiens perſecutionē impiiſ
ſime iezabeliſ que occidere faciebat
prophetas domini ambulauit vſqꝫ
ad montem dei oreb et manſit ibi in
ſpelunca quadam. factus eſt autem
ſermo dñi ad euꝫ. Quid hic agis he
lia egredere et venit magnus ventꝰ
qui tranſit qui ſubuertebat montes
et ibi non erat dominus Poſt hoc
venit q̄dā magna ꝯmotio turbaruꝫ
et ibi nō erat dominꝰ et tandeꝫ venit
magnꝰ ignis ⁊ ibi nō erat dñs finaliṫ
venit quidā paruus ventus dulcis ⁊
tenuis et ibi erat dominus. Moraliꝰ
ter et ſpiritualiter hec omia facit de
us in anima cum eam viſitat ꝑ gra-
tiam ſuam. Practica hec exemplo.
Erit vna burgēſis in lecto ſuo que
non dormit: audit pulſare miſſaꝫ. de
us tangit eam tunc in corde. Domi-
na quid hic agis, domine deus cogi
to peccata mea et ſtrenuam iuſtici-
am tuam que de omni errato exqui
ret rationeꝫ fugio faciem iezabelis
hoc eſt demoniſ. Tunc dicit ei ſta ad
oſtiuꝫ ſpelunce id eſt conſcientie tue
et oſtendam tibi magnum ventum
ſcilicet mortem naturalem que mon
tes magnos id eſt ſuperbos ⁊ humi
les ſubuertit ⁊ petras conterit id eſt
induratos peccatores. hec cogitans
domina burgenſis in ſecreto conſci
entie neſciens horaꝫ qua ab hoc ſpi
ritu grandi et vento magno ſubuer
tetur timet nec ad huc ibi eſt domi-
nus. Cōſequēter venit magna ꝯmo
tio turbarum quā oſtendit ei domi-
nus hoc ē reducit ad memoriaꝫ quo
modo illa reſurget in nouiſſimo die
et reiungetᷣ animaꝫ corpori ſubito. et
ibi adducentur omnia que fecerit et
reuelabūtur pudēda et enormia pec
cata ſua niſi penitētiaꝫ egerit et eter
naliter cruciabitur ꝓ parua delecta-
tione et momētanea niſi de peccatis
ſuis contrita fuerit. Naꝫ hoc modo
deus intrans in ciuitatem animē ꝑ
gratiam mouet per contritionem.
vnde mathei viceſimoprimo. Cum
intraſſet iheſus ieroſolimam com-
mota eſt vniuerſa ciuitas. Cōſequē-
ter oſtendit illi dominꝰ magnū ignē.
id eſt conſiderationeꝫ ignis inferna
lis qui paratus eſt malis et reprobiſ
et non ibi dominuſ. libera me dñe de
morte eṫna ⁊c. Poſtremo venit par
uus ventus in quo eſt quidā ſibilus
et ibi dominus quia habita omnia
predicta que poſſunt ad timorem in
ducere ex iſtis domina accēditur in
amorem dei et peccata deflet et deū
amat. et licet iſte aduentus nō ſit dul
cis ſed amarus. eſt tamē vtilis vt pa
tet quia licet in ſe deꝰ ſit dulciſſimꝰ
tamen propter indiſpoſitam materi
am ipſe dulcis amarꝰ ſentitur. ſicut
ignis licet in ſe eſt lucidus tamen ra
tione ligni viridis ⁊ humidi fumiga
tioneſ generat huiuſmōi deꝰ per gra
tiam fumigationes generat contriti
onis per quas anima recipit gratiā
et amorem domini. de tali aduentu
dicitur exo. xx. Veniam ad te ⁊ bene-
dicam tibi. et iterum vt enim proba-
ret vos venit deus vt terror illius eſ
ſet in vobis et non peccaretis. Secū
do venit vt medicus ſanans langō-
rem et hoc fit in peccatorum remiſſi
one. eccleſiaſtici viceſimooctauo. A
deo eſt omnis medela. et iterum da
locum medico ⁊ non diſcedat a te q̄
opera eius ſunt neceſſaria. Et alibi
ego ſum qui deleo iniquitates tuas
propter me. vnde iere. xxx. Obducā
enim cicatriceꝫ tibi et a vulneribus
tuis ſanabo te. Reuera poſtq̄ vt iu-
dex timorem et horrorem pene ⁊ cul
pe incuſſerit vt peccator agnoſceret
miſeriam et peccati penam ſicut ti-
ment omnes incarcerati quando iu
dex ingreditur carcerem aut ſedet vt
iudicet eos ſicut timebat iob cum di
cebat verebar omnia opera mea ſci
ens quia non parceres delinquenti
tunc veniet vt medicus infundens
vinum et oleum. id eſt doloris miti-
gationem contra horrorem culpe et
letitiam ſpiritualem cōtra timorem
pene in remiſſionē peccatorū. Oleū
enim lenit. vinum vero inebriat per



M.E.C.D. 2016

gaudium quia letificat cor hominis
pſalmiſta.ca.iij.atqȝ ita opem cōfert
ſalutarē vt quotiens penitens ex de
uota cōſuetudine redire voluerit ad
luctum penitētie reſpiciens magni=
tudinem et multitudinem peccato=
rum ſuorū volens ſe perinde vt pri
us ad penitentie luctum prouocare
tunc ſpiritus reddit teſtimoniū ſpi=
ritui noſtro ꝙ ſumus filij dei.ad ro.
octauo. hoc eſt ꝙ dimiſſa ſunt nobis
peccata vt ſic non ad triſticiam. ſed
ad leticiā moueamur. Hinc eſt ꝙ ex
perſona medici dicit dominus illud
eſaie.lxi.ad annunciandū manſue=
tis miſit me vt mederer cōtritos cor
de et vt conſolarer omnes lugētes
dicitur ibi miſit me ⁊ non aliud prin
cipaliter nam a deo eſt omnis mede
la et ſi ſacerdos aliquid dicatur ope
rari in remittēdo culpam hoc eſt mi
nus principaliter quia non eſt niſi
miniſter dei et a ſolo deo remittitur
culpa.vnde nota ꝙ pater et filius et
ſpiritus ſanctus. apportant tria em=
plaſtra vel alabaſtra vnguēti precio
ſi. Primū eſt timor de pena quem
apportat filius qui naſcitur per veri=
tatem filij. Secundū eſt pudor quē
apportat pater in anima per gratiā
qui pudor oritur et naſcit per patris
caritatem. Tertiū eſt ſpes conſequē
di veniam que oritur per bonitatem
ſpiritusſancti: que tria ſcilicet timor
pudor et ſpes ſunt ſūme actia in cor
de cuiuſlibet penitētis hec tria figu=
rantur per tria ſata farine ex quib9
commixtis fit panis ſub cineritius.i.
panis penitētie geñ.xviij. Accelera
tria ſata ſimile; cōmiſce et fac ſubci
nericios panes. Nam timor pecca=
tum expellit.timore enim dn̄i decli=
nat omnis a malo.et eccleſiaſtici pri
mo. Timor dn̄i expellit peccatū.pu
dor autem penā temperat.vnde eu
ſebius verecundia penam temperat
quam quis pro peccato pati debue=
rat. Et richardus de ſancto victore.
Quanto verecundia maior tanto in
oculis dei clarius inoteſcit.Spes ve

N
Pater filius
et ſpūs ſan=
ctus aiaȝ vi
ſitando tria
alabaſtra ꝯ
ferunt.

ro hominem erigit.vnde ro. v.ſpes
non confundit. Spe enim ſalui fa=
cti ſumus ro.viij.vnde dominus ve
niens in virtute medici per ſui aduē=
tus preſentiam quattuor medetur.
Primo ab infirmitate preſeruādo
hoc fit cū attenuat impugnationes
viciorum. Secūdo cauſam infirmi
tatis expellēdo.ſcilicȝ carnis et ocu=
lorum cōcupiſcētiam. Tertio ſanita=
tem reparando.i. vires et fortitudi=
nem. Quarto ſanitatē reparatam
conſeruando eccli. xxxviij. Honora
medicū propter neceſſitatem. ideo
deſidera medicum ⁊ clama cum hie
remia.decimoſeptimo capitulo. Sa
na me domine ⁊ ſanabor ſaluū me
fac et ſaluus ero. Tu ergo quis es.
medicus ſanans langorem. Tertio
animam per gratiam viſitat vt via=
tor alleuians laborem in vie oſtenſi=
one perducens hominē per huius
deſerti ſolitudinem ad terram pro=
miſſionis.hiere.xvij. Quaſi colon9
futurus es in terra ⁊ quaſi viator de
clinans ad manēdū et hoc propter
vie alleuiationem et tediū amotionē
vt anima deuota ex dulci confabula
tione loquens de gaudijs celeſtibus
alacriter percurrat cum diſcipulis
euntibus in emaus luce.vltimo. No
ne cor noſtrum ardens erat in nobis
⁊c. quod interpretatur deſiderium
conſilij. cum eo enī conſiliari debe
mus quomodo conſideratam metā
beatitudinis eterne attingere valea
mus. deus enim in conſcientia tua
ſicut homo qui alium conducit per
viam ne erret.oſtendit enim decem
mandata quorum obſeruatio eſt via
ad beatitudinem ſi vis ad vitam in=
gredi ſerua mandata.diceres forte
frater non habeo aliquid de alieno
obſeruo feſta ieiunia ab eccleſia in=
ſtituta et ſic de alijs.ſed verum eſt ꝙ
ſum eduliter dico tibi amice ꝙ ſi vnū
pretermiſeris tu dampnaberis ac ſi
centum feciſſes ſi decedas cum illo
O dicunt omnes volumus ſaluari.
ſed pauci ſunt qui viā ſaluationis

Nota
Xp̄s veniēs
in aīam q̄=
tuor mede=
ri dicitur.

M.E.C.D. 2016

velint arripere.omnes eniȝ appetūt
beatitudinē appetitu naturali ⁊ refu
giunt miſeriā. ſed nolūt imitari vie
alleuiatorem xp̄m dominuȝ noſtruȝ
vnde illis dicitur i officio hodierno
in lectionibus matutinaruȝ. Reuer
tere reuertere virgo iſrael ad ciuita=
tes tuas. Reuertere a peccato locuti
onis. Reuertere ſcd̄o a pcc̄o cōmiſ=
ſionis.reuertere tertio a peccato ob
miſſionis. reuertere quarto a pec=
cato praue cogitationis. Venit quar
to vt magiſter errorem corrigens in
terna illuminatione.prouerbiorū.iij.
fili mi ne obliuiſceris legis mee ⁊ p̄=
cepta mea cor tuum cuſtodiat. vnde
ber.preceptorum cuſtoditio eſt eorū
opatio. Et pſalmiſta.ca.ij.memores
ſunt mandatorum eius ad faciendū
ea prouer.xxij. Appone cor tuum ad
Nota. doctrinam meaȝ que pulchra erit ti=
bi cum ſeruaueris eam deus enim
facit nobis ſicut magiſter facit ſco=
lari ſuo quādo tenet aulam die ſab=
bati in qua corrigit defectus et erro
res tunc reddit ſcolaſticus omne il=
lud quod audiuit tota ebdomada ⁊ ſi
deficiat vapulabitur virgis vt cedat
alijs in exemplum.hanc correctio=
nem petit dauid et quilibet cū eo de=
bet querere a deo in vita iſta miſera
bili corripiet me iuſtus in miſericor=
dia.oleum autem peccatoris nō im=
pinguet caput meum. domine corri
pe me in iſto mundo.vt non punias
in alio. Hic vre hic ſeca vt ineternuȝ
parcas plures ſunt quos ſi nō corri
geret deus in preſenti febre aut alia
infirmitate multa flagitia perpetra
rent. ſed hic eos punit vt euadant
in alio ſeculo rigorem ſue iuſtitie vt
etiam eum cognoſcant in tribulatio
ne qui non cognoſcerent in ſanitate
facit eni nobis deus ſicut faciunt pa
tres qui ſuos filios ducūt ad patibu
lum cū quis ſuſpēditur et ſub pati=
bulo eos verberāt vt nō furētur ⁊ ſic
euadāt illud ſuppliciū. Quito venit
vt rex cōferens honorē.facit eni de⁹
noſter ſicut nou⁹ rex qui veniens ad
ciuitatem aliquam ciues nobilitat ⁊
milites facit ⁊ ex ſeruis facit liberoſ
deponens eis omnia onera nec ſol=
uent amplius impoſitiones nec (les
tailles) ymo omnia bona ſecum af
fert ſic facit deus viſitando animaȝ
per gratiaȝ nam poteſt tunc quis di=
cere quod ſcribitur ſapientie.vij.ve=
nerunt michi omnia bōa pariter cū
illa. Nam apoꝛtat ſecū ſaccū miſeri
cordiarum et omniuȝ meritorum ſa
pientie.vij. Infinitus eſt theſaurus
hominibus ſcilicet virtutes et meri
ta quib⁹ placabiles deo efficiunt⁊ vn
de ſubditur quo qui vſi ſunt partici
pes facti ſunt amicitie dei ꝓpter di=
ſcipline dona cōmēdati ⁊ dicit dona
iuxta illud auguſtini. Quid ſunt no
ſtra merita niſi dei dona.vnde ma=
ior honor quem poſſet facere rex ali
cui eſt illum facere cancellarium ſu
um.ſed deus non ſoluȝ fecit nos cā=
cellarios ſuos in aduentu ſuo verū
etiam fratres et filios.feciſti eni noſ
deus noſter regnum ⁊ ſacerdotium
⁊ fecit nos heredes regni ſui hec eſt
magna nobilitas vt humana noſtra
natura ſit ab eo aſumpta.vt de⁹ fie=
ret homo.et hō fieret deus.magis
nobilitare non poterat eam. Sexto
venit vt ſponſus inflāmans ad amo
rem in ſincera dilectione matthei.
xxv. Ecce ſponſus venit exite obuiā
ei dicit ecce quaſi diceret mirabile.
Quid enim magis mirabile q̄ꝙ de
us cuius.magnitudinis non eſt finis
pſalmiſta capitulo q̄drageſimoq̄rto
ad pauperculam animam deſpon=
ſari velit et amore coniungi vt dici
poſſit illud exo.decimoquarto. Sta
te ꝫ videte magnalia que deus fa=
cturus eſt hodie.reuera magnum ē
ꝙ creator ita ſuauiter velit coniun=
gi ſue creature de qua ſuaui vnione
dicit bernardus. ¶ Cum guſtatur q̄
ſuauis eſt dominus tunc anima nō
deſiderat q̄ꝙ alia bona. ſed lāguēte
deſiderio affectat ſolus. Neſcio eni
quid delicatius habeat in ſe deus q̄
ꝙ anime dicitur ſponſus nam ſub



M.E.C.D. 2016

ratione regis ad cultum eius requi
ritur reuerẽtia ⁊ aliquid timoris. ſpõ
ſus vero nichil ꝙ paratũ amorẽ exi
git. Diligamus euʒ qm̃ ipſe prioꝛ di-
lexit nos. iohã. iiij. ideo berñ. Quid
enim dignum tanto amore rependi
poterit etiam ſi puluis ſe ad te amã-
dum totum colligerʒ habent em̃ ho
mines terra et cinis. eccli. xvij. Qđ
vt facere poſſimus queramus eius
gratiam in preſenti et gloriam in fu
turo quã nobis concedat. Amen.

P
Diē in qua natus ē iob perire ⁊ verti ī tenebraſ quō intelligatur.

¶ Feria ſcđa poſt tertiã dñicam

Ecce rex tuus venit ⁊c. Pere
at dies in qua natus ſum ⁊
nox in qua dictum eſt con-
ceptus eſt homo: dies illa vertatur in
tenebras ⁊ ſequitur poſt pauca. Ma
ledicãt ei qui maledicunt diei qui pa
rati ſunt ſuſcitare leuiathã. Job. iij.
ca. Quod verbũ intelligitur p̃io de
adam vt ponatur preteritum ꝑ futu
ro. Pereat. i. perijt dies innocentie
et dies illa innocentie vertatur in te-
nebras ignorantie. Secundo intelli-
gi poteſt de peccatore exiſtẽte in moꝛ
tali peccato. pereat dies ī qua natus
ſum. i. pereat dies delectationis cul-
pabilis in quo conſenſi peccato ⁊ ver
tatur in tenebras qꝛ propter peccatũ
obligamur ad tenebras eternas. Ter
tio pereat dies dyabolice calliditatis
⁊ vertatur in tenebras ſi ſequatur cõ
ſenſus in temptatiõe. Quarto pere
at dies corruptionis antique legis
et ſequatur dies gloꝛificationis ⁊ gra
tie. Legimus ī biblia noſtra paſſu al
legato quomodo poſtꝙ dominꝰ im-
miſit iob ſancto multas perſecutões
apperuit os ſuum et maledixit diei
ſuo dicens pereat dies in qua natus
ſum. Et in omnibus his non pecca-
uit iob nec impatienter hec protulit
qm̃ ſicut dicit gre. li. iiij. Moꝛalium
lectoꝛ eius verba non intelligens re
darguere preſumat qꝛ nequaꝙ ma-
ledictum per impacientiam protulit
qui ad maledictionis vocem amicis
adhuc tacentibus erupit. Si eniʒ ira
motus malediceret audito dampno
ſubſtantie cognita moꝛte filioꝛuʒ eiꝰ
proculdubio ad maledictioneʒ doloꝛ
excitaret ſed tunc quid dicit audiui-
mus. Ait namqʒ dominus dedit dñs
abſtulit. rurſum ſi ira motus maledi
ceret ſaltim percuſſus in coꝛpoꝛe vel
male ſuaſus a coniuge maledictum
inferre potuiſſet ſed quid tunc reſpõ
dit agnouimꝰ. ſi bona accepimus de
manu domini mala quare non ſuſti
neamus. ſed intelligitur dictuʒ illud
primo de adam quaſi dicat pereat
id eſt perijt dies innocẽtie in qua na-
tus eſt homo vel pereat dies muta-
bilitatis et lumen eternitatis erũpat
alio modo pereat dies culpabilis de
lectationis et vertat̃ in tenebras. ma
ledicant ei qui maledicũt diei: ſicut
ſolet quis dicere maledicta dies in
qua perdidi virginitatem meam et
in qua lapſus ſum in culpam qm̃ ni
ſi reſurgam per penitentiaʒ damna
boꝛ. Tertio pereat dies diabolice cal
liditatis. Antiquus eniʒ hoſtis dies
eſt per naturã bene cõditus ſed nox
eſt per merituʒ ad tenebras dilapſus
dies eſt cum pollicendo bona huma
nis aſpectibꝰ ſicut ſe oſtendebat eſſe
diem cum dicebat Geñ. ij. primis pa-
rentibus. in quocunqʒ die comederi
tis aperientur oculi veſtri. i. lucis ſe
angelum ſimulat paulo teſtãte qui
ait ſecunda coꝛ. xi. Ipſe enim ſatha-
nas transfigurat ſe in angeluʒ lucis
ſed nox eſt cum mentes conſentienti
um erroꝛis tenebris obſcurat. Vir er
go ſanctus in doloꝛe ꝓprio videat vn
de cecidit ⁊ dicat. Pereat dies hoſtis
qui lucem promiſſionis oſtendit ſed
peccati tenebras contulit vel quarto
pereat dies coꝛruptionis antique le-
gis et appareat lux gloꝛificationis et
gratie per aduentũ filij dei aut pere
at tempus noſtre moꝛtalitatis quod
quandiu nos in hac noſtre mutabili
tatis retinet eternitas nobis incom-
mutabilitas non apparet. hec pro in
troductione verboꝝ. Viſis duabus

conditōibus die ſabbati quibus ape
Q riuntur oculi cecorum reſtant alie de
Illu minaṫ clarāde. et tertia in ordie eſt. Recipiṫ
qs a ſpiritu viſus per penitentie amaritudinem
ali cecitate vnde thobie.xi. dicitur ꝙ minor tho
ꝑ quattuor bias ex felle piſcis liniuit oculos pa
tris et viſuꝫ recepit..ſpiritualiter per
fel piſcis quod eſt amaruꝫ ſignifica=
tur amaritudo penitētie hᵒ fel ſi ha
bueris.i.hanc amaritudinem viſum
recipies.vñ.p̄s. Ecce in pace amari=
tudo mea amariſſima.hec eni ama=
ritudo conſiſtit in recogitatiōe pecca
torum ſuoruꝫ in amaritudine cordis
preterea quilibet cupiens ſpiritua=
liter illuminari debet dicere cum eze
chia. yſaie. xxxviij. Recogitabo tibi
omnes annos meos in amaritudīe
anime mee. Cupiens enim viſuꝫ re
cipere et illuminationeꝫ debet conſi
derare ꝙ ſemel morietur et ꝙ ver=
mes comedent carnem ſuam ⁊ tunc
erit amara penitētia. dehic penſare
ꝙ peccando meruit penam inferni ⁊
tunc erit amarior. Demum conſide=
ret ꝙ ſi damnetur priuabitur de vi=
ſione et punietur pena ſenſus et tūc
erit amariſſima. hec ſi quis recogi=
tauerit et liniuerit oculos ſuos mul
tum inſenſatus reputatur ſi peccet.
vnde bos qui ducitur ad victimā na
turaliter ire refugit ad locuꝫ in quo
debet occidi quātomagis nos inſen=
ſati ſumus ſi peccamus viſo ꝙ iam
ꝑicula cognoſcimᵒ. Scdo illuminaṫ
quis per ſui vel alterius orationem
Figura. iiij.re.vi. capitulo. Orauit helyſeus
dicens. domie aperi oculos pueri hu
ius vt videat et aperuit dominᵒ ocu=
los pueri et vidit quia ecce mons ple
nus equorum ⁊ curruum in circuitu
helyſei vnde ei dixerat helyſeus no=
R li timere pl̄es eñi nobiſcū ſunt q̄ cū
At orō ex= illis. Ad hoc autem vt oratio in ſe vl
audiaṫ q̄t= in alio exaudiatur. requiritur digni=
tuor dꝫ hr̄e tas in petente debet enim fieri a di=
gnis ⁊ hoc de cōgruo. vnde yſaie pri
mo. Cum multiplicaueritis oratōes
non exaudiam qr manus veſtre ple=
ne ſunt ſanguine id eſt peccato. Se=

cūdo requiritur vtilitas rei petite vt
pertinēs ad ſalutem petat. ſepe eñi
homo non meretur exaudiri qr petit
pro re inutili prime iohannis.v. Si
petierimus ſecundum voluntatem
eius exaudiet nos vnde criſo. ſuper
matheum. Pete que tibi expediunt
accipere et illum decet dare. Tertio
requiritur congruitas in petitōne vt
debite petatur. vnde math.vij. capi=
tulo dicitur. neſcitis quid petatis.
Quarto fiducia cum humilitate po
ſtulet in fide nichil heſitans iaco.vi.
capitulo. Dico ergo ꝙ aliquis illu=
minatur per orationem ſuaꝫ vel per
aliam. vnde venit quedam burgēſis
ad me dicens. pater orate deum pro
me vnde quando ſum( en mon me=
mento) ſcis quid dico. Creator celi et
terre per virtutem tuam inexplicabi
lem et potentiam infinitam et ſecun
dum tuam ſapientiam ineffabilem ⁊
per meritum tue incarnationis quo
dignatus es nos viſitare cuſtodire di
gneris talem burgenſem vel talem
qui ſe hodie fecit commendatam in
orationibus meis et ſi ſit in peccato
digneris eius oculos aperire et illu=
minare. Hoc fuit figuratum libro
quarto regum capitulo ſexto. Vbi
dicitur ꝙ cum miſiſſet rex ſyrie ſer=
uos ſuos ad capiendum helyſeuꝫ vi
dēs eos miniſter viri ſancti conſur
gens nūtiauit ei dicens. heu heu do=
mine quid faciemᵒ. dicit ei helyſeus
noli timere. plures eniꝫ ſunt nobiſcū
q̄ cum illis. tunc orauit pro eo ⁊ aper
ti ſunt oculi illius et vidit multitudi
nem magnam angelorum cuſtodien
tem helyſeū. ſimiliter dico ꝙ ad pre=
ces alicuius viri ſancti exaudiuntur
multi et illuminantur a cecitate ſpi=
rituali ſi eorum oratio habuerit con
ditiones predictas. Primo enim vt
dictum eſt requiritur dignitas in pe
tente vt videlicet petens et orans ſit
dignus vt facilius exaudiaṫ ꝙ ſcilꝫ
orans ſit in charitate. Nā oratio pec
catorum non meretur exaudiri. p̄s.
lxv. Iniquitatem ſi aſpexi in corde

M.E.C.D. 2016

meo non exaudiet dominus. Cum
multiplicaueritis orationes ꝛc. qꝛ ſi
om̄s ſancti et ſancte eſſent coraꝫ deo
ad precandum pro te et non vis ceſſa
re a peccato non exaudirentur. Se=
cundo requiritur ꝙ ſit in oratõne vti
litas rei petite cõtra plures fatue pe
tentes qui dicunt ſancta barbara ora
te deuꝫ ne ſim diffamata de tali vicio
et tali et ieiunabo ꝓpt̄ honorem vr̄m
tales melius eligunt ſeruari a diffa=
matione coram populo et priuari bo
no nomine coraꝫ deo vt populus ne=
ſciat eorum vicia volũt reputari bo=
ne. Melius enim eſſet illis inuocare
dyabolum quādo volunt peccare ꝙ̄
deum quoniaꝫ deus non ſe repperit
in operibus dyaboli. debes ergo que
rere vtilitatem rei et non attendere
proprium commodum temporale vl̄
lucrum. ſcit enim deus quod tibi eſt
neceſſarium. vnde fatue quedam di
cunt. pater oraui deum multotiens ꝛ
ſanctos nec aliqua eſt ſancta cui nõ
porrigam vnam candelam vt habeã
filios et tamen non poſſum exaudiri
certe non quia non petis aliquid lici
tum pro ſalute tua qꝛ de⁹ videt ꝛ ſcit
ꝙ ſi daret tibi pueros forte eſſet cau
ſa tue damnationis. facit enim deus
ſicut medicus qui cognoſcens infir
mitatem egroti ſui febricitantis pro
hibet ne bibat vinum et tamen pati=
ens inceſſanter non ceſſat querere vi
num et quod ſibi eſt contrariũ. Ter
tio oportet ꝙ ſit congruitas in petiti
one math. xx. Neſcitis quid petatis
dixit mater filioꝝ zebedei mater ſãcti
iohãnis euãgeliſte ꝛ iacobi minoris
domine dic vt hi duo filij mei ſint in
regno tuo vnus ſedeat ad dexteram
alius ad ſiniſtraꝫ. petebat rem iuſtã
et ſciebat eum eſſe verum redempto
rem et tamen audiuit reſponſuꝫ cri
ſti. Neſcitis quid petatis qꝛ nolebat
ꝙ paterẽtur. et criſtus volebat ꝙ per
paſſionem ꝛ martirium lucrarentur
regnum celorum: ſimiliter alique q̄
runt habere filios et vouent eos po=
nere in religione bene deus dabit il
lis ſed non adhuc ſꝫ expectabit tem=
pus oportunuꝫ. Quarto requiritur
fiducia, cum humilitate: pete a deo q̄
volueris cum humilitate ꝛ ſperes tu
am orationem exaudiri. Tertio ꝛ vl
tio in ordine illuminãtur cecus ſpiri
tualis per zeli exhibitioneꝫ apoc. iij.
Collirio inunge oculos tuos vt vi= Iiij. di. ca. l. ver. lippus
deas. dicis ꝙ diues ſum ꝛ locupleta
tus et nullius egeo qꝛ tu es miſer et
miſerabilis et pauper et cecus ꝛ nu=
dus. Miſer et miſerabilis qꝛ deũ nõ
diligis ꝛ plus amas dyabolo ſeruire
ꝙ̄ deo. pauper es qꝛ non habes meri
ta. nudus es quia ſine dei gratia ꝛ in
nocentia. cecus es qꝛ deũ non cogno
ſcis ſed collirio inunge oculos tuos ¶
Hoc collirium conficit ex timore pec Colliriuꝫ q̄
cati ex pudore et ex ſpe venie ꝛ miſe illuminatur
ricordia domini quod collirium hec ſpũalis ce
tria ſcꝫ habeat quis ꝛ iungat oculos citas ꝯfiat
ſuos faciliter illuminabitur oportet
enim timere et ex timore peccati opꝫ
habere pudorem. que eſt enim muli
er que turpitudinem ſuam vellet fa
cere coram hominibus vel que ē ita
eleuate ceruicis que vellet ſe nudaꝫ
oſtendere coram hominibus ꝛ oſten
dere nuditatem ſuam. opoꝛꝫ igitur
hec cõſiderare quod ſi nũc nõ ꝯſide=
rauerit et peccatorum ſuorum enor
mitatem non puduerit et abhorreat
in die oſtendentur aperte coram om
nibus. vnde naum tertio. ca. dicitur
Oſtendam gentibus ſtulticiam tu=
am et nuditatem et gentibus igno=
miniam tuã oportet ergo modo hec
tegere et lauare per penitentiam vt
deus ea tegat in iudicio. Quinto in
ordine illuminatur quis per ſuauita
tis deguſtationem propter quod col
lirium illuminans oculos ſpiritu=
ales eſt fauus mellis ideo dicitur in
figura huius primi reguꝫ decio q̄rto.
ꝙ ionathas extẽdit ſummitatem vir
gule quam habebat in manu ꝛ intin
xit in fauum mellis et manum ſuaꝫ
cõuertit ad os ſuũ et illuminati ſunt
oculi eius. vide textum ꝛ dic quomo
do ſaul et ionathas filius eius inte=

M.E.C.D. 2016

rant bellum contra philiſteos. Adiurauerat autem ſaul populum dicēs maledictus vir qui comederit panē vſq ad veſperā donec vlciſcar de inimicis meis. Omniſq populus venit in locū in quo erat mel ſuper faciem agri nulluſq applicuit manū ſuam ad os ſuum propter iuramentum ⁊ ſequitur extendit autem ionathas virge ſummitatem quam habebat in manu ſicut propter qd iudicauit ſe dignum morte. Hoc collirium debent recipere ceci ſpirituales recipiant ergo fauum mellis. i. guſtum diuine dulcedinis qua guſtata illuminabuntur oculi eorum intellectuales vt videant quid deſiderare debeant. Guſtate et videte quoniā ſuauis eſt dominus. ps. xxxiij. Guſtate ſcz dulcedinē. ps. Quā magna multitudo dulcedinis tue dñe. Ultimo gratie infuſionem. illumina oculos meos ne vnq obdormiam in morte vnde non eſt ita magnum periculū dormire in nemore vel ſilua abundanti ſerpentibus ⁊ latronibus ſicut dormire in peccato ſuo et ſi nō eſſet diuina miſericordia que nos preſeruat immediate cōmiſſo peccato dyabolus frangerē nobis collum. habeas ergo diſplicentiā deum offendiſſe et memorare quomō propter vnam ſolam circunſtantiam malam inuentam in ſeptem viris qui acceperunt ſaram in vxorem extincti ſunt a dyabolo quātomagis debes timere ſi acciptas vxorem omnino propter delectationem et concupiſcentiam carnalem. Ecce ergo modos quibus aperiuntur oculi et illuminantur a cecitate ſpirituali dignetur autē criſtus dominus noſter his modis illuminare oculos noſtre conſcientie vt poſſimus pticipes eſſe incarnatōis eius. Amen.

¶ Feria tertia.

L. diſ. cap. qr tua ca. dño de pe. diſ. i. ca. miror capi. ſunt q arbitrant

Memēto vnde excideris qr charitatē primā reliquiſti penitentiā age et pria opa fac apoc. ij. ca. In quibus verbis ſpiritus ſanctus quattuor tāgit circa aiam. Primo vtilitatem cogitatus. Memēto puerſitatē actus qr charitatē primā reliquiſti neceſſitatem actus ſequētis penitentiā age continuitatē effectus pria opera fac primū includit duo. primū ē vnde excidiſti per quid excidiſti. ſcdm ſcz qr caritatē primā reliquiſti tangit duo ſcz caritatē primā reliquiſti quo ad eſſentiale et formale. per peccatum mortale Et ſecundo charitatē primā reliquiſti quo ad feruorem charitatis quo ad veniale peccatū perveniale. ideo ſequitur tertiū qd eſt penitētiā age qr luce. xiij. c. niſi penitentiā egeritis omnes ſimul peribitis et qr non ſufficit bene agere niſi ſit perſeuerātia actus ideo quarto ſubditur prima opera fac nā teſte grego. Minus eſt mala non agere niſi ⁊ quiſq ſtudeat et bōis operibus inſudare. iō dicebat dominꝰ. ſint lumbi veſtri precincti et lucerne ardētes in manibus veſtris dicit ergo apoſtolus iohānes in apoc. Memor eſto aia peccatrix vnde exideris ab ieruſalē in ierico a viſione pacis et gratie dei in ſtatū clpe memēto p qd cecidiſti qr p libertatē tuā et vñ lapſus es in pctm p libertatē tuā nec hic fuit a deo aut dyabolo qr vt dicit amb. Nō niſi volūtarium elegit deus militem et non niſi ſeruum voluntarium exantionatur dyabolus. vnde dicebat beatus iacobus cap. primo ſue canonice. Nemo cū temptatur dicat qr a deo temptatur. deus em intemptator maloꝝ eſt vnuſquiſq vero temptatur a concupiſcentia ſua abſtractus et illectus. Cadendo ergo a ſtatu gratie in ſtatū culpe charitatem primam reliquiſti et hoc totaliter poſt baptiſmum quādo peccaſti mortaliter. vel charitatē primam reliquiſti quo ad feruorem per peccatū veniale. ſz pater qd faciā amica mea penitentiā age et qd eſt facere penitentiā an ire ad peregrinationes: nō ſed penitētia eſt preterita plangere et plangēda iterū non cōmittere. iō pria opera fac qr ſi hec fe

M.E.C.D. 2016

ceteris dicitur tibi in themate ecce rex
tuus venit ꝛc. ¶ Declarato ſ͛monib⁹
precedētibus ad quos venit chriſtus
et dicto quomodo venit ad humanū
genus qđ erat infirmum. ideo venit
vt medicus venit ſimiliter vt media
tor. dicendum eſt conſequenter quo-
modo genus humanuꝫ erat fameli
cum adeo ꝙ ante aduentuꝫ non po
terat ſaciari. vñ amos. viij. Emittaꝫ
famem in terraꝫ non famem panis
neqꝫ ſitim aque. ſed audiendi verbū
dei. vnde pſalmiſta. Famem patien
tur vt canes et circuibunt ciuitateꝫ
et hoc erat quoniam ante aduentuꝫ
non promittebat eis niſi temporalia
que nūꝙ̄ ſatiare poſſunt. vnde abra
he viro perfecto coram domino qui
fuit pater fidei noſtre nō promiſit ni
ſi tēporalia. vt dicitur geñ. xij. Egre
dere de terra tua et de cognatione
tua et de domo patris tui et veni in
terraꝫ quam monſtrauero tibi. Se-
mini enī tuo dabo terrā hanc. Idē ꝓ
miſit iacob. geñ. xxviij. eunte de me-
ſopotamia i berſabee. ꝛ de berſabee
pergente aran qui dormiente ibi vi-
dit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper
terram et cacumē illius tangens ce-
lum angelos quoqꝫ dei aſcenden-
tes et deſcēdentes per eam et domi-
nuꝫ innixum ſcale dicentē ſibi. Ter
ram in qua dormis tibi dabo ꝛ ſemi
ni tuo eritqꝫ ſemen tuum quaſi pul-
uis terre. vnde et eſaye pmo. dice-
bat dominus ſi volueritis et audie-
ritis me bona terre comedetis. quia
ergo nō promittebat eis niſi tempo-
ralia et nō poterant peruenire in pa
radiſum. ideo erant famelici et fue-
runt vſqꝫ ad aduentū domini qui eſt
panis viuus qui de celo deſcēdit io.
ſexto. et quicunqꝫ manducauerit ex
hoc pane viuet in eternum et quouſ
qꝫ manducauerimus ſemper erim⁹
inſatiabiles. ideo dicebat aug. libro
confeſſionuꝫ feciſti nos domine a te
et inquietum eſt cor noſtrum donec
requieſcat in te. Et bernardus. libro
apologeticum. Tante dignitatis eſt
humana conditio vt nullum ei bonū
preter ſummum ſufficere poſſit. pˢ.
ſaciabor cum apparuerit gloria tua
ideo poſito ꝙ haberes omnia bona
mundi et nichil incōmodi haberes
in mundo et videres angelos et vir
ginem glorioſam adhuc non poſſes
contentari nec quieſceres in illis do
nec videres deum. inquietum eſt cor
noſtrum domine ꝛc. Videnduꝫ eſt ꝓ
ſermone iſto quomodo quis non po
teſt ſatiari in bonis temporalibus vi
dendi ſunt ſimiliter defect⁹ qui ſunt
in illis hic defectus attenditur ex ſe-
ptem. bona enim temporalia promit
tunt ſaturitatem et inducunt eſu-
riem pſalmiſta. dormierunt ſomnuꝫ
ſuum et nichil inuenerunt omnes
viri diuitiarum in manibus ſuis.
Secūdo promittunt libertatem et in
ducūt ſeruitutē. vnde poeta. nō bene
pro toto libertas vēditur auro. Ter-
tio promittunt ſuauitatem et pariūt
anguſtiaꝫ ideo a ſaluatore dicuntur
ſpine quia ſicut ſpine pulchre florēt
ſic et diuicie et bona temporalia. fa-
ciūt florere multos. ſed in fine ama-
ros fructus cum aculeis producunt
Quarto ꝓmittūt ſecuritatē et pariū
unt timoreꝫ iob. ducūt in bonis dies
ſuos et in pūcto ad iferna deſcēdūt.
Quinto ꝓmittūt honorē et faciunt
ruere in ꝓfundū. pˢ. Proteciſti eos
dū alleuarētur. Sexto ꝓmittūt lon-
geuitatē et pariūt mortē yſaie. dū ad
huc ordirer ſuccidit me. Septio pro
mittunt felicitatē et ꝑducūt ad eter-
nam dāpnationē pria thi. ſexto. Qui
volūt diuites fieri incidūt in tēptati-
onē et in laqueū dyaboli ꝛ deſideria
multa inutilia ꝛ nociua q̄ mergūt ho
mines in iteritū et ꝑditionē. dico pri
mo ꝙ diuitie et bōa tp̄alia ꝓmittūt
ſacietatē tñ cauſant eſuriē maximā
ſunt qdā diuites adeo fatui et inuo-
luti ꝛ iplicati i ſuis diuiciis q̄ dicūt ꝙ
vellēt priuari diuina viſione et de⁹ eos
ſemꝑ reliqueret i hoc mūdo cū ſuis
bonis. Tales enī ſūt ſimiles mulieri
pregnāti q̄ ſi iret ortū vbi ſint poma

M.E.C.D. 2016

ſilueſtria nõ ceſſabit quouſq̧ come=
derit et non comedet dulce pomum
ſi ibi reperiat non ꝙ illud pomũ ſil=
ueſtre faciet ſuũ appetitum. ſed qꝛ
habet guſtum malũ et inordinatũ
dico ſimiliter ꝙ diuites nolũt guſta=
re dei bonitatem et dulcedinem. ſed
querunt ſatiari in his caducis bo=
nis in quibus tamen non poterunt
ſaciari vñ ſi quis habeat centũ ſcuta
non ceſſabit quouſq̧ inueniat mo=
dum habendi alia. ſimile eſt enĩ de
illis et aqua ſalſata quam ſi quis bi
bat quanto plus bibit tanto magis
vult bibere vnde poeta. creſcit amor
nũmi quando pecunia creſcit. Tan=
tum dico de honoribus huius mun
di et voluptatibus nam ſunt nõnul
li qui non poſſunt ſaciari in ſuis lu=
xurijs et licet ſenſualitas contentet
in illis tamen ſemper habent malã
voluntatem et iniquam ꝙ non poſ
ſunt plura facere ꝙ faciãt et ſepenu
mero hoc reperitur inter virum et
mulierem qui ſunt matrimonio li=
gati. ad hoc enim non fuit inſtitutũ
matrimoniũ. ideo ſic facientes pec
cant grauiſſime iſtud eſt enĩ iter in
ferni et vita dyabolica. Pro quo no
ta ꝙ voluptates et diuitie non ſunt
appetende triplici ratione. Primo
quia cito tranſeunt nec ſubſiſtunt.
vnde. pſalmiſta. vidi impiũ ſuperex
altatum et eleuatum ſicut cedrus li
bani tranſiuit et ecce non erat ſapiẽ=
tie. v. capitulo. Quid profuit nobis
ſuperbia. i. dignitas ſeculi vnde ſup
bitur aut diuiciarum iactantia quid
contulit nobis tranſierunt omnia il
la tanq̃ vmbra et tanq̃ nũtius precur
rens. et tanq̃ nauis que pertranſit
aut tanq̃ auis que tranſuolat in aere
aut tanq̃ ſagitta emiſſa in locũ de
ſtinatum. ¶ Quinq̧ ponit que cito
tranſeunt et ſecundum citius ꝙ pri
mum et tertiũ ꝙ ſcdm̃ et quartũ ꝙ
tertiũ et q̃ntũ ꝙ q̃rtũ. ſic aũt ordinat
vt velocem tranſitum iſtorũ oſtẽdat
Scda ratio eſt qꝛ nõ ſaciant hñtes ſ
exinaniunt. vnde oſee. iiij. Comedẽt
et nõ ſatiabunt ibi gloſa. voluptas i
ſatiabilis eſt et habita famẽ non ſati
etatem parit. Contra. Beati qui eſu
riunt ⁊ ſitiunt iuſticiam qm̃ ipi ſatu
rabuntur mat. v. ca. qꝛ iuſticia ſubſtã
tia eſt q̃ ſaciat. iniquitas non habet
ſubſtantiam. et ideo ventres deuorã
tium vacuos reliquit: ſimiliter eſt d
diuitijs ⁊ honoribus qꝛ nõ ſaciant ec
cleſia. v. Auarus nõ implebitur pe=
cunia prouer. xiij. Juſtus comedet ⁊
replet aĩam ſuam. venter aũt impio
rum inſatiabilis prouer. xxx. Tria
ſunt inſaciabilia et quartũ nunq̃ di
cit ſufficit. Infernꝰ os vulue terra ⁊
ignis. i. Inuidia. Luxuria. Auaricia
Ambitio Tertia ratio ẽ qꝛ fidẽ deũ ⁊
et verũ eẽ auferunt et ſine fructu ad
infernum poſſeſſores ſuos nudos d
ducunt. vñ pſ. Ne timueris cum di
ues factus fuerit hõ et cũ multipli=
cata fuerit gloria domus eius: quo=
niam cũ interierit nõ ſumet omnia
neq̧ deſcendet. cum eo gloria eius.
Hoc patꝫ in diuite epulone luce. xv.
Et in alio diuite qui horrea deſtru=
xit vt maiora faceret luce. xvi. lõ dicit
eccleſiaſtes. iiij. Eſt alia infirmitas
peſſima quã vidi ſub ſole diuitie cõ=
ſeruate in malũ domini ſui pereunt
enĩ in afflictione peſſima generauit
enim filium qui in ſumma egeſtate
erit ſicut egreſſus eſt nudus de vte=
ro matris ſue ſic reuertetur ⁊ nichil
auferet ſecum de labore ſuo ideo bñ
dicebaꝫ in prima conditione dormie
runt ſomnum ſuum omnes viri diui
tiarum et nichil inuenerunt in ma=
nibus ſuis quia nichil i manus pau
perum poſuerunt. facit enim talibꝰ
mundus vt tabernarius qui dat ho
ſpitibus carnes ſalſas vt poſtea po=
tent melius et chare ſoluant. Eccle=
ſiaſtici. ij. Exigua dabit et multa in
properabit. Scdo promittũt liberta
tem ſed cauſant ⁊ inducũt ſeruitutẽ
et ab hoĩe afferũt hylaritatẽ et ſecu=
ritatẽ qꝛ oĩs diues eſt ſuſpicioſus ſi
videt pauperẽ eſtimat eſſe furẽ ſi di=
uitẽ putat eũ eſſe predonẽ. vñ ſi rex

M.E.C.D. 2016

preciperet tibi ꝙ non exires villam
iſtam tu perderes libertatē tuā; res
enim magna eſt libertas. et dicet qſ
piam frater non darez libertatē me=
am pro toto auro mūdi. non bene ꝓ
toto libertas vēditur auro. Inde eſt
ꝙ pueri intrantes in religionem di=
mittunt libertatem ſuam ⁊ volunta=
tem in manus ſuorum prelatorū vo
lo dicere ꝙ ſimiliter diuites faciunt
hominem ſeruū; et ab eo auferunt
libertatem ſuam. ſimile enim eſt de
illis ⁊ incarceratis. vnde incarcerati
detinentur in compedibus ibi in car
cere ne exeant detinētur a ferris que
habent in pedibus ſuis ne libere ex
eant carcerē ita dico ꝙ aurum et ar=
gentū detinet diuites ne bona faciāt
et libere deo ſuiāt. Nā iſti auari nō
poſſent dicere vnā orōem in eccl'ia vl'
audire miſſam quin ſemper timeāt
predari. inde ē ꝙ quecūq; faciāt nū=
q̄ ſunt ſecuri. Si tranſeant per ſil=
uam non audent dicere verbum ne
veniant brigandi vbi pauper religio
ſus cū; breuiario ſuo in ſinu cantat
per nemora ſicut legim⁹ de patre no
ſtro franciſco. vnde poeta. Trāſibit
vacuus coram latrone viator. proptc
rea fatui ſunt qui gloriantur de ſuis
diuicijs cum ille non dant ſecuritatē
aut libertatem. ſed omnem ſeruitu= Nota
tem inducant. Quid ergo diuiciarū
iactantia confert iniuſtis fatuus eſ=
ſet ſarcinari⁹ qui ſe iactaret de one=
re quod portat cū; inde nichil lucre
tur niſi dorſum excoriatū et corpus
fatigatum ⁊ cum ipſe toto die porta
uerit onus ſuū; in fine diei ducitur
ad ſtabulum et onus ſuum portatur
ad thalamū et ab eo elongatur. Sic
malus diues eſt quaſi equus portāſ
theſaurum domini ſui qui eſt mun=
dus et nichil inde ſibi lucratur niſi
remorſum conſcientie ⁊ fatigationē
corporis et anime et in fine diei. id ē
vite ſue ducitur ad ſtabulum infer=
ni et diuicie ſue reponunt in theſau
rum mundi. eccleſiaſtes. v. Eſt alia

infirmitas peſſima quā vidi ſub ſole
diuitie congregate in malū domini
ſui et paruū ante vbi ſunt opes mul
te multi ⁊ qui comedunt eas. Quid
prodeſt poſſeſſori niſi ꝙ cernat diui=
cias oculis ſuis. ¶ Tertio promit=
tunt ſuauitatem et inducunt angu= D.
ſtiam ſicut faciūt ſpine. Et bene ſpi= Diuicie di=
ne diuicie dicūtur propter tria. Pri cunt ſpine.
mo ſicut ſpine pulchre florent. ſed a
maros fructus cum aculeis ⁊ ſtimu
lis producunt ſic auari ad tēpus flo=
rent et in eternū; ardent ſicut patet
in diuite epulone luce. decimoſexto.
Quando eram puer ⁊ ibam cum ſo
cio meo ſupra campos. et videbam
arborem ſpinarum redolentem acci
piebam vnum ramum et ponebam
iuxta naſū; ſocij mei vt ſentiret odo
rem et ſuauitatem. ſed ſentiendo ex
ſtimulo ſpine tangente naſum ſuū;
cruentabatur: ſimiles ſunt diuicie.
vnde ſicut apparet in ſpina flos pul
cher et redolens et nō videtur ſtimu
lus ita diuicie pulchre et ſuaues ap=
parent. ſed pungūt ⁊ in fine ad infer
num perducunt. vnde tales in labo
re hominum non ſunt et florent in
hoc mundo. ſed in labore demonū;
erunt tranſibunt a frigore niuium
ad colorem maximum. ¶ Secundo
corda lacerāt per ſollicitudines. gre
gorius. diuicie ſpine ſunt q: ſollici=
tudinibus mentem lacerant. ſcilicet
cum ſpe acquirendi cura retinendi
et timore perdendi. Auguſtinus. di
uicias inueniſti requiem perdidiſti
ſcilicet mentis in deo. dicit eni; gre=
gorius in moralib⁹. Cū mēs per va
ria diſtrahitur a deo retrahitur. Ter
tio q: ſicut in ſpinis vermes habitāt
ſic in diuicijs vicia in'ta. Eccl'iaſtici
xi. Si fueris diues nō eris imunis a
delicto. Criſo. diuiciaꝝ ſeq̄la ē volu
ptas arrogātia ⁊ luxuria q̄ oīa ipedi
unt viā; ſalutis idcirco. eccleſiaſtici.
decimo. Nil eſt iniquius q̄ amare
pecuniam. nam amor diuiciarum et
ſollicitudo cogitationū; impedit in

M.E.C.D. 2016

ſpiritualí vita. vñ legit exemplū in vi
tas patrum ꝙ abbas yſaac fratrib⁹
permutantibus qualiter homo ad
ſpūalem vitam poſſit peruenire. re=
ſpondit nō niſi expulſa varietate co
gitationū et amore diuiciarū. Quis
igitur fatuus gloriaretur vel ſe iac=
taret ꝙ ſpinam portarꝫ in pede. Spi
ne diuicie ſunt luce octauo vt ſupra
diximus. Pes affectio cordis. Fatu
um eſt ergo de diuitijs gloriari. vnd
ſene. epiſtola. liij. Nemo ē deo dign⁹
niſi qui opes contempſit quarū ta=
men poſſeſſio tibi nō interdicitur: ſꝫ
affectio qr volo ꝙ iſtas itrepide poſ
ſideas. Quarto promittunt ſecurita
tem et inducunt timorem iob. xxi. du
cunt in bonis dies ſuos et in puncto
ad inferna deſcendūt. modo dicit. du
cunt in bono dies ſuos ſcilicet ī deo
ſed in bonis dyaboli et mundi. deus
non habet niſi vnam diem in ebdo=
mada ſcꝫ diem dominicam: ſed mo=
do peccatores faciūt illam diem dya
boli et plura mala et flagicia illa die
perpetrantur ꝙ̄ alijs diebus. vnd be
ne conqueritur dominus per eſaiā
prophetam primo capitulo ⁊ ꝑ amoſ
quinto capitulo et ponit prima que=
ſtiōe prima. c. odit. Et xxiij. q. prima
c. Odi et proieci feſtiuitates veſtras
et non capiam odorem cetuum vr̄o=
rum. incenſum abhominatio eſt mi
chi. promittūt ergo diuicie ſecurita
tem ſed nō habetur in eis niſi timor
nam non promittunt ꝙ non debea=
mus mori et non facere penitentiā
quia ſi non fecerimus bona ille non
preſeruabunt nos in fine mortis qn
dampnemur cum dyabolis. Simile
eſt ac ſi eſſent decem in naui aliqua
qui causa ſpacij et ſolatij tranſfreta
rent ſecanam vel aliam aquā ī eſta=
te tandem nauta perdit les auirons
et omnes exiſtentes in naui ſubmer
guntur quoniā non habent aſſeres
aut aliquid aliud in quo poſſint ſal
uari. Similiter veniemus ad nauē
mortis ꝙ ſi non habuerimus bona
opa ſubmergemur in ꝓfundū īfer
ni. faciam⁹ modo que volum⁹ ⁊ duca
mus in bonis dies nr̄os acq̄ramus
diuicias et bona tpalia ſi aliud non
habuerimus ducent nos ad infernū
vnde apparet maxima fatuitas acq̄=
rentium. tales diuicias cū nullā ſe=
curitatem dant cū oporteat eas reli=
quere et in breui. vñ ſi adam vixiſſet
vſqꝫ ad preſentē diem et diceretur ei
adam tu morieris infra decem ho=
ras ille hoc audito timuiſſet ꝙ̄tū er
go debent diuites et alij chriſticole
qui quotidie labūtur ī pctā. Quid
prodeſt habere diuicias ⁊ ſtare ī mū
do centum aut ducētū annis bonos
etiam ducere dies et in fine labi in
profundum inferni et non ſolum q̄
talia agunt ad roma. prio. digni ſunt
morte: ſed etiam qui conſentiūt. fra
ter non ſum ſuperba. non adultera
ſed teneo ꝓſtibulum in domo mea.
vere ſufficit pro te dānando vado ad
banqueta. melius eligerem mori ꝙ̄
facere malum benevolo ſꝫ teneo ſo
cietatem alicui probe mulieri ſi non
mentior ſatis eſt tu feciſti peccatum
quia tu es conſenciens. Tandē diui
cie et tpalia bona pollicentur hono=
rem et in horrorem ducunt. Quāto
gradus altior tanto caſus grauior. ſi
caderem a cathedra iſta lederer gra
uiter. ſi a trabe iſta que eſt in altiori
loco grauius. Queris honores et di
uicias vt ſublimeris et alte aſcēdas
ſi cades grauī⁹ peccabis eieciſti eos
dum eleuarentur dicit propheta da=
uid ventus magnus nunꝙ̄ deſtruit
arundinē aut (le ion marim) et par=
uum bladum in ſpica ſed bene vnā
domum vel vnā eccleſiam facit rue
re in terrā. ſimiliter dico ꝙ ventus
honoris aut ambitionis nunꝙ̄ facit
ruere humiles. ſed monitionib⁹ pre
dicatorum plicantur et obediūt mā=
datis dei et eccleſie. ſꝫ magni epiſco
pi ⁊ alij prelati pro quacūꝗ bona mo
nitione nō corrigunt. ſꝫ poti⁹ indurā
tur et efficiunt obſtinati. ſꝫ a magno

M.E.C.D. 2016

vento ire dei ſemel proijcientur in in
fernum. deus ſuperbis reſiſtit iaco.
iiij. Humilibus aũt dat gratiam. vn
de talibus obſtinatis prelatis ambi=
cioſis qui non ceſſant ambire ad ma
gna modo procurando ſibi vnũ epi=
ſcopatum tres quattuor aut quinqꝫ
abbatias: commẽdatorias qui anhe=
lant ad cardinalatum ⁊ ſic de alijs lo
quitur grego. Aſcende aſcende cum
patre tuo lucifero faciliter aſcẽdiſti
et velociter. facilius tamen et veloci
us deſcendes tanq̃ fulgur de celo et
veluti alter ſathanas. Promittũt vi
te longeuitatem et immittunt mortẽ
dum adhuc ordirer ſuccidit me vnde.
vita homis (ceſt vne pieſſe de toille)
que eſt coraꝫ textore que eſt (en rolee
en vng rondeau de boys.) nam vnuꝫ
de tela habet coram ſe et alium in li=
gno illo abſconſam vbi ſunt anni pre
teriti domini vere frater (ilꝫ ſont ro=
leꝫ) Anni ſunt bona opera quot feci
ſti a iuuẽtute tua vere frater neſcio ⁊
ſi adhuc fecero aliqua que michi vi
debantur bona ignoro quantum de=
us acceptauerit eſt pietas: naꝫ ſicut
media pars tele eſt tecta et circunda
ta in ligno illo et non põt videri quot
ſunt vlne ſic ignoro ſi bõa feci opera
Tandem et finaliter diuitie et tem=
poralia bona promittunt felicitatem
et aliquando inducunt damnationẽ
vnde ambroſius ſuper lucam omel.
lxxviij. Cum diuitibus quoqꝫ in gra=
tiaꝫ reuertamur: nolumus eñ offen
dere diuites qui volumus ſi fieri po
teſt ſanare omnes ne in cameli com=
paratione preſtricti in zacheo citius
ſedem tuam. et moyſi ſuſcitabo pro
phetam de gentibus tuis. et ideo pa
tres noſtri fuerūt in magna triſticia
in mūdo ⁊ inferno. ſed hodie habue-
runt magnam leticiaꝫ que remouit
omnē triſticiā quia ſecundum ariſto
telem excellēs gaudium vt ſupra et
hoc fuit verum quando deus dicit

A
Quare natiuitas xpi eſt ɔmēdanda.

ego hodie genui te ſolempnitas ho-
dierna quadrupliciter venit ɔmēdan
da. ¶ Primo ex parte gignentis et
tangit per hoc ꝙ dicitur ego qđ eſt
pronomen prime perſone maxime
conueniēs prime perſone trinitatis
que eſt principiuꝫ et origo omniū re
rum et nouem oſtendūt mirabilita-
tem patris que cōtinentur io. tertio.
ſic deus dilexit mundum vt filiū ſuū
vnigenitum daret vt non pereat om
nis qui credit. ſed habeat vitam eter
nam. ¶ Primo oſtenditur gignen-
tis dignitas per hoc ꝙ dicit ego rex
eternus ſapiētiſſimus potentiſſimꝰ
in quo omnia nō ſolum terrena. ſed
etiam ſpiritualia. ¶ Scđo eſt actus
dilectionis et intelligit ꝑ hoc qđ dici
tur. ſic deus dilexit et dilectio eſt no-
bilior operatio anime quia deus nō
querit aliud niſi amorē ſui ¶ Tertio
doni precioſitas qꝛ dedit filium ſuuꝫ
vnigenitum. et datur figura eſt qui-
dam homo ambaſſator qui hoſpita
tur in vno hoſpicio pariſius et ho-
ſpes habens ſolum vnū filium que
ſiuit pro eo tunc hoſpes queſiuit qđ
ipſe vellet agere de eo tunc reſpon-
dit ille ambaſſator ꝙ quando veni-
ret ad angliā interficeret eum et ca-
peret cor eius et daret regi tunc que
ritur mulieri ſi daret filiuꝫ ſuum. di
cit ꝙ non. nūc habemus ꝙ deus pa-
ter dedit filiū ſuum vnigenitum vt
interficeretur ꝓ humana natura ꝙ
filio ſuo vnigenito non pepercit.
¶ Quarto dilecti indignitas qꝛ mū-
dum. id eſt hominem ad hebreos. ſe
cūdo. nuſꝙ angelos apprehēdit. ſed
ſemen abrahe ꝙuis homo fuiſſet in
magna culpa et etiam fuiſſet obedi
ens deo. ¶ Quīto doni irreuocabili-
tas quia non mutuo dedit yſaie. ix.
paruulus natus eſt nobis: et filius
datus eſt nobis nec eſt locatus.
¶ Sexto ſuſcipientis vtilitas quia vt
non pereat. ¶ Septimo recipientiuꝫ
generalitas quia omnes iudei ſarra
ceni iuſti ⁊ iniuſti receperunt redem
ptionē. et ideo non habemus excuſa
tionem quin poſſimus ſaluari non
fuit acceptio perſonarū leo gaudeat
fidelis creatura ad gloriam gau-
deat peccator quia inuitatur ad gra-
tiam. gaudeant cōmuniter omnes
creature. ¶ Octauo laboris modici-
tas quia qui credit non oportet niſi
credere illud qđ io. dicit et verbū ca
ro factuꝫ eſt. ¶ Nono. obtinēdi faci-
litas quia vt habeat vitam eternam
et ideo iſta natiuitas eſt mirabilis ex
parte patris gignentis. ¶ Secundo
eſt mirabilis ex parte matris par-
turiētis et tangit ꝑ hoc ꝙ dr̄ genuit
in the. et tanguntur quinqꝫ. que ibi
inueniuntur.

B
Natiuitas xpi eſt mirabilis ex pte matris.

Primo qꝛ ſicut ɔcepit ſine virili ſemīe
ita pepit ſine aptiōe ſexus muliebris
⁊ eſt illđ qđ dicit ezechiel. triceſimo
ca. vidi portā in domo dñi clauſā et



M.E.C.D. 2016

dicit angelus porta quam vides non
aperietur ſolus filius dei intrauit et
egreſſus ẽ per eã. vbi nota ꝙ eſt mor
tale dictũ qꝛ duo corpora fuerunt in
eodem loco qđ eſt ꝯtra philoſophos
ſed hoc fuit qꝛ non erat impoſſibile
apud deum omne verbuꝫ ſicut ſi q̃s
poneret digitũ ⁊ tranſiret per manũ
ſine perforatione. Scđo ſine corpo=
ris corruptione exo. iij. Rubus arde
bat et non comburebatur et fecit ma
gnum honorẽ mulieribus qꝛ eſt ple=
tas qñ vnus puer orit᷑ qꝛ eſt ſangui
nolentus et immundus et opꝫ eũ la=
uare qđ nõ fuit ſic de xp̃o. Tertio ſi
ne pudoris reuelatione qꝛ mulieres
verentur concipere corã aliȷ́s et ha=
bent multã penã ad concipienduꝫ ad
portandum puerum. maria non ha=
buit. Quarto cũ totali perfectiõe qꝛ
mulieres pariunt filios ignaros im
peritos: maria genuit puerũ ſciẽtifi=
cum ⁊ omnia potentẽ iere. xxiij. mu
lier circundabit virum.

¶ Sermo eadem die poſt prãdiũ

Go hodie genui te. p̃s. ſecũ
do. et ad heb. primo. recita
tiue in epiſtola preſẽtis ſo=
lẽpnitatis. dic aue maria. Leo ⁊ ouis
ſimul morabunt̃ et puer paruulus
minabit eos. yſa. xi. ca. Leo xp̃s quo
ad diuinitatẽ ⁊ ouis quo ad hũanita
tem ſimul morabunt̃ in eadẽ perſo=
na ⁊ puer paruulus ⁊ virgo minabit
.i. gubernabit eos et dicitur chriſtus
leo ſecundum merita quadruplici
ratione. Primo qꝛ ſicut leo eſt libera
liſſimum animaliũ ſic xp̃s in ſua in
carnatione non ſolũ ſua beneficia dã
do ſed ſeipſũ in miſſa puer natus eſt
nobis et filius datus eſt nobis iohã.
tertio. ſic deus dilexit mundum vt ſu
pra in precedenti ſermone. Secundo
eſt virtuoſiſſimũ aĩaliũ mortẽ ſuſtinẽ
do ꝓuerb. xxx. Leo fortiſſimus ania
liuꝫ ad nullius pauebit occurſuꝫ qđ
criſtus fecit. ecce aſcendimus ieroſo
limam ⁊c. Tertio mirabiliſſimuꝫ re

A
Proprieta
tes l·onisq̃
ꝯparantur
chriſto.

ſurgẽdo catulos ſuſcitat mortuos ſic
criſtus facit per gratiam dicitur vni
cuiqꝫ facienti qđ in ſe eſt tribuit vitã
Quarto eſt animal precellentiſſimũ
aſcendendo leo rugiet et quis non ti
mebit ꝙ chriſtus fecit aſcendendo et
viam nobis preparando ideo merito
dicitur ꝙ leo et ouis manebunt vni=
ta inſeparabiliter .i. natura diuina et
humana. In nobili ꝓphetia euange
liſte yſaias in. xi. in ſpiritu prophetie
dicit ꝙ leo et ouis vt ſupra. veniet tẽ
pus ꝙ leo et ouis recubabunt ſimul
et erit paruulus qui ducet eos in cã
pis ſimul. Leo ẽ fortiſſimus aĩali=
um qui ad nullius pauebit occurſuꝫ
ouis eſt animal timidum. iſtud fuit
hodie in natiuitate criſti vbi creator
qui habet omnem poteſtatem omnẽ
virtutem leo .i. diuinitas ⁊ ouis. id ẽ
humanitas nata ſunt de ventre vir=
ginis ⁊ paſtor .i. v̾go maria ducit eos
in cãpis .i. in preſepio ligauit eos cuꝫ
pannis ſtetit criſtus nouem menſi=
bus in ventre virginis et hodie iuit
ad campos .i. in hoc mundo criſtus
vocatur leo propter quattuor propri=
etates leonis ꝯuenientes criſto. Pri
ma eſt ꝙ leo eſt liberaliſſimus qñ leo
accipit vnum animal nõ comedit to
tum ſꝫ omibus aliȷ́s animalibus dat
vnicuiqꝫ partem. videatis quid can=
tatur ĩ eccleſia hodie. puer natus eſt
nobis et filius datus eſt nobis. ideo
gaudete qꝛ non ſolum natus eſt vo=
bis ſed etiã datus eſt vobis. iohãnes
ſic deus dilexit mundum vt ſupra. q̃
eſt mulier pariſius que daret filiuꝫ
ſuuꝫ vt morti traderet̃ vere nulla in
ueniretur: ſi quis vellet habere filiũ
vnigenitum vnius mulieris et ꝓmit
teret ſibi multa bona vel promitteret
ei mortem nullo modo daret qꝛ non
habet niſi illum non cognoſcit etiaꝫ
illum cui daret. deus vero non habꝫ
niſi illum filium et dedit nature hu=
mane que eſt inimica eius vt trade=
retur ad mortem ideo eſt magna libe
ralitas. cantatur in eccleſia ſe naſcẽs
dedit ſocium: conueſcens in ediliuꝫ

M.E.C.D. 2016

ſe moriens in preciū: ſe regnans dat
in premium. dedit ſe primo in ſociū
in hoc mūdo. ſcđo in eduliū in ſacra
mento altaris. in preciū in paſſione
ſua. in premium in regno eterno bo
nis et iuſtis. Secundo eſt animal vir
tuoſiſſimum mortem ſuſtinendo oc=
currit venatoribus leo mortem eius
procurantibus non timet venatores
ſaluator expectauit venatores .i. iude
os in orto ꝛ oblatus eſt quia voluit ꝛ
ſponte oblatus eſt non timuit mortē
q꞉ occurrit iudeis et dicit eis quem
queritis: dixerunt ieſum nazarenū
ꝛc. Tertio eſt animal mirabiliſſimū
reſurgendo. Leo quando venit ſu
per terrā mortuus eſt per tres dies
et leo in fine dierū clamat ſuper par
uulum et reuiuiſcit: ſic criſtus natu
ra humana mortua eſt multo tempo
re ſed ipſe venit et clamauit in cruce
et in tertia die quando reſurrexit re=
ſuſcitauit naturam. humanam q꞉ li=
berauit eam de peccato ade. Quar=
to eſt precellentiſſimum aſcendendo
quando leo aſcendit in montibus cir
cuit montes et clamat animalia non
audent mutare ſe. rugiet leo ꝛ q̄s nō
pauebit criſtus aſcendit in montē et
fecit precepta et nullus eſt qui tranſ
grediatur et quando clamat per pre=
dicatores ſuos non eſt aliquis qui nō
timeat. cantatur in eccleſia hodie di
ctū eſt de mane ꝙ natiuitas dei red
ditur mirabilis ex quattuor de q̄bus
dicti ſunt duo. de tertio videndū eſt
nūc: et de quarto dicetur ſuo loco vir
go maria poteſt dicere ego hodie ge
nui te temporaliter et a patre eterna
liter. Tertio ergo natiuitas dei ē mi
rabilis rōe et eſt p̄ria nūc. et tertia in
ordine et eſt ex parte prolis naſcētis
et eſt mirabilis duplici ratione. prio
ex forma. Secūdo ex effectu. Ex for
ma nouem rationibus. Prima pars
dicetur ex biblia tertiū regū vltimo.
vbi dicitur ꝙ rex iſrael .i. deus ingre
diendo bellum cōtra demonem mu
tauit habitum ſuum ſeptem modis.
legitur .iij. re. vl. ca. ꝙ erant duo re=

B Natiuitas xp̄i mirabilis ex parte prolis

ges vnus de ieruſalē et alius de iſra=
el ꝛ rex iſrl' fecit guerrā ꝛ duxit regē ie
ruſalem cū eo et depoſuit veſtimētū
ſuum vt non cognoſceretur eſſe regē
et ſic intrauit bellum. rex iſrael eſt fi
lius dei qui venit contra dyabolum
bellandum et depoſuit veſtimentū
ſuum et accepit humanitatem q꞉ ſi
dyabolus cognouiſſet ipſum eſſe de
um nunq̄ crucifixiſſet eū nec tēptaſ
ſet eum q꞉ ſciebat ꝙ nō perderet na
turam humanā niſi mediāte eo iō
deus depoſuit eius veſtimentum et
aliud aſſumpſit. Primo eternus aſ=
ſumpſit nouitatem vt ei attineas ad
gala. iiij. At vbi venit plenitudo tem
poris ꝛc. factum ſub lege natum de
muliere vt eos qui ſub lege erant re
dimeret. Scđo immēſus accepit be=
gninitatem vt eū accipias. ad ro. ix.
verbum abbreuiatū fecit dominus
ſuper terrā. Tertio pulcherrimus
accepit obſcuritatem vt eum videas
iob. ix. ſi venerit ad me in ſua diuini
tate non videbo eum q꞉ deū nullus
vidit vnq̄. Quarto altiſſimus acce=
pit abiectionē vt ei attingas ad phi
lipenſes. ij. non rapinam arbitratus
eſt ſe eſſe equalē deo. Quinto ſapiē
tiſſimus accepit ſimplicitatē ne eru
beſcas. p̄s. factus ſū ſicut homo non
audiens et non habens in ore ſuo re
dargutiones. Sexto fortiſſimus ac=
cepit infirmitatē ne timeas ad. heb.
prio. potēs omnia verbo virtutis ſue
purgationem peccatorum faciēs ꝛc.
Septimo iuſtiſſimus accepit creatū
vt peccator iuſtificeris. yſa. v. pecca=
ta noſtra ipſe portauit. Octauo opu=
lentiſſimus accepit defectum vt locu
pleteris. p̄s. ſimul in vnam diues et
pauper. et in euangelio dicitur in fi=
gura ꝙ rex iſrael depoſuit veſtimen
tum ſuum vt non cognoſceretur ſic
fecit deus vt veniret bellatum in hoc
mundo qđ veſtimentum habebat di
co primo ꝙ habebat eternitatē et ac
cepit temporalitatem. ſi queratᷓ quā
tum eſt ꝙ mundus eſt factus dico ꝙ
ſunt ſeptem mille anni quibus non

C Veſtimēta q̄ chriſtus aſſumpſit

M.E.C.D. 2016

erant angeli nec homines nec crea-
tura aliqua ſed erat tantuꝫ deus in
ſua eternitate nūc eſt temporalis. di-
cemus in ſequentibus cum eſſet ie-
ſus annorum duodecim .⁊ ſabbati ꝓ
xima dicemus ꝙ criſtus fuit circun-
ciſus in octaua die. cōtra eſt eternus
verum eſt inquantū deus ſed inquā
tum homo eſt temporalis. ad vbi ve-
nit plenitudo tēporis ⁊c. q̄re dicit̄ ple
nitudo dicetur ſuo loco. Queritur
vni philoſopho ſi viderit riuum pre
cedentem fontem diceret ꝙ non fon
tem preceſſit riuulus. riuos eius ine
brians multiplicans ⁊c. ſimiliter que
ritur ei ſi paruus planeta illuminat
ſoleꝫ: diceret ꝙ non. contra ſol ortus
eſt de ſtella. ſimiliter ſi viderit termi-
num precedere motuꝫ diceret ꝙ nō
qꝛ motus precedit terminum: ſimili-
ter ſi pars excedat totū diceret ꝙ nō
qꝛ omne totum eſt maius ſua parte
Dicitur tamen ꝙ ſtella. id eſt virgo
maria preceſſit ſolem id eſt chriſtum
Riuus precedit fontē qui creauit me
requieuit in tabernaculo meo. ter-
minus precedit motū qꝛ omnes crea
ture proceſſerunt de chriſto et tamen
aliqua creatura. i. virgo preceſſit cuꝫ
ſimiliter pars. i. virgo excedit totum
. i. chriſtum depoſuit ergo veſtimen-
tum ſuum et accepit aliud. Secun-
do immenſus accepit breuitatem vt
eam accipias. ad roma. nono. Uer-
bum abbreuiatum vt ſupra. ſunt ſex
genera poſitionū. ſ. ſuperius/ inferi
us/ ante/ retro/ dextruꝫ/ ſiniſtrū/ deus
eſt extra oīa non excluſus infra om-
nia non incluſus: circuēs omnia nō
incluſus erat immēſus quia nullus
poterat eum tangere deſcendit et io
ſeph et virgo maria tangit eum in
hac nocte vbi iacet in preſepio ſine
igne vbi vigebat multum frigus nō
potuit inuenire domum vt pariret ſꝫ
ſupra modicum feni in preſepio pe-
perit criſtum. virgo maria celum et
terram non poterant eum capere et
tamen preſepe continet eum nunc.
Tertio pulcerrimus accepit obſcuri

tatem vt eum videas. iob decimo no
no ſi venerit ad me non videbo eum
vt ſupra. erat inuiſibilis propter cla-
ritatem eius et tamen nunc eſt viſibi
lis. moyſes queſiuit videre deum di
cit ei deus poſteriora mea videbis fa
ciem meam non poteris videre do-
nec eris in paradiſo. nemo deum vi-
dit vnꝗ̄ ioh. tremunt videntes ange
lum. Quarto altiſſimus accepit ab-
iectionem vt eum attingas ipſe erat
alte ſed venit inferius ad phi. ſecun
do. cum in forma dei eſſet non rapi-
nam arbitratus eſt ſe eſſe equalem
deo id eſt patri non fecit iniuriaꝫ pa-
tri quia in ſua natura eſt equalis pa
tri ſecundum diuinitatem dicit et fa
cta ſunt mandauit et creata ſunt nūc
portatur inter manus marie eſt ma-
gis humilis ꝗ̄ fuit aliquis vnꝗ̄ hu
miliauit ſeipſum factus obediens vſ
qꝫ ad mortem mortem autem crucis
Quinto ſapientiſſimus accepit ſim
plicitatē ne erubeſcas. ps̄. factꝰ ſum
ſicut homo vt ſupra. filius eſt ſapien
tia patris filius attribuitur patri po
tentia filio ſapientia et ſpiritui ſan-
cto clementia. geneſis tertio. Cum
deambularet dominus ad aurā post
meridiem audiuit adam ſonitum et
extimuit. dicimus ꝙ quando adam
comedit de pomo cognouit reatum
ſuum et deus venit ad eum et adam
audiuit eum venientem et timuit qꝛ
tranſgreſſus fuerat preceptum dei ꝓ
vno peccato deiecit angelos in infer
no. adam de paradiſo ſodomam ⁊ go
morram confundit in abyſſo: noli tā
tuꝫ nūc timere qꝛ iſte puulus nūc nō
ita rigoroſe aget in nobis ſicut fecit
prius. vagit infans inter arta ⁊c. fa-
ctus ſum nouiſſimus virorum dimi
ſit magnos rigores iuſticie ⁊ accepit
miſericordiaꝫ. Sexto accepit fortiſſi-
mus infirmitatem ne timeas. potēs
omnia verbo virtutis. Septio iuſtiſſi
mus accepit reatum vt a reatu iuſti-
ficeris yſa. lvi. peccata noſtra ipe por
tauit factus obediens vſqꝫ ad mortē
⁊c. deus poſuit in eo iniquitates om

M.E.C.D. 2016

nium noſtrum et peccata noſtra ipſe
portauit iuſtiſſimus accepit reatū nō
ꝙ reatum ſit in eo ſed pena reati. de
us poſuit in eo penam omnium pec
catorum noſtroruʒ peccata noſtra ip=
ſe portauit id eſt penam peccatorum
noſtrorum. ſunt tres homies in vna
domo ꝗlibet in ſua camera eſt vnus
vadens interfectum magiſtrum do=
mus tunc iuſticia venit ꝗs fecit hoc
quid dicesſi ille qui neſcit aliquid de
homicidio et ſuſpendatur: ſic criſtus
qui non peccauerat portauit morteʒ
pro nobis tu feciſti vnum peccatum
mortale dico ꝙ ſi eſſes de hic ad mil
le annos faciens penitentiam tu ne=
ſcires facere penitentiam valentem
niſi eſſet in virtute criſti et paſſionis
eius non ſolum redemit illos ꝗ erāt
ante paſſioneʒ ſed illos qui ſequunt
quando ſacerdos dat tibi abſolutio=
nem dicit ꝙ propoſitum emendandi
vitam tuam et meritu3 paſſionis cri
ſti ſit in remiſſionem peccatorum tu
orum cum parua penitētia. deus nō
prius eſt vltor ꝙ homo ſit peccator.
auguſtinus. deus poſuit in eo iniqui
tates vt ſupra accepit culpam quam
feceras et portauit penam pro te ⁊ ꝓ
nobis. Octauo opulentiſſimus acce
pit defectum vt locupleteris. pſalmi
ſta. ſimul in vnum ⁊c. ipſe erat diues
mecum ſunt diuitie et gloria. gloria
et diuitie in domo eius et ipſe acce=
pit paupertatem: non erat diues ſi=
cut dauid abraham ⁊c. ſi eſuriero nō
dicā tibi meus eſt galaad manaſſes
⁊c. ps. ipſe factus eſt pauper qꝛ non
potuit inuenire in hoc mundo vnaʒ
domum ſed in preſepio cum aſello ⁊
boue natus eſt bene dimiſit veſtimē=
tum ſuum et accepit aliud diſconue=
niens. et hoc pro prima parte ſermo=
nis.

In ſcd̄a parte ꝗ eſt ex effectibus [nati
uitas naſcētis oſtēdit mirabilis ex p=
te prolis naſcentis quo ad effectum
pro quo nota ꝙ ſunt quattuor effe=
ctus ex parte prolis naſcentis.

D Effectus ꝓlis naſcētis ſcʒ criſti

Primus effectus eſt infinita ſunt cō
iuncta yma ſūmis ſunt cōiuncta de=
us et limus pulchritudo agri mecuʒ
eſt nō eſt aliquid pulchrius ipſo deo
nec aliquid altius deo et nichil infe=
rior limo terre et tam deus et limus
coniuncta ſunt in conceptione quan
do accepit corpus humanū in vtero
virginis. De anima nota ꝙ ſunt de
cem ordines in paradiſo.

Primo eſt deitas
Secundo cherubin
Tertio ſeraphin
Quarto angeli
Quinto archangeli
Sexto troni
Septimo dominationes
Octauo principatus
Nono poteſtates
Decimo anima rationalis

Et deitas que eſt altior accepit ani=
mam rationaleʒ que eſt inferior cre=
atura et dimiſit mouere ordines an=
gelorū in eternuʒ: diuinitas antiquū
corpus humanum et nouuʒ idē ani
ma rationalis ſimul iuncta in incar=
natione criſti.

Secūdus eſt exaltata natura huma
na leo agnoſce o criſtiane cuius ca=
pitis membrum es ⁊c. natura huma
na fuit elata et exaltata per incarna=
tioneʒ criſti dei exaltata eſt i rebus ꝑ
tēpus ortus anni ſumma gratia eſt
ꝙ homo dicatur deus ⁊ deus homo
auguſtinus de tri. Rex neſciret face
re ꝙ ego eſſeʒ perſona ſua. ſed deus
fecit ꝙ natura humana eſſet ipſe de=
us in eadē perſona due nature ſunt
ſimul iuncte. natura humana habet
fratrem qui eſt deus dicimus ꝙ pri
mi de ſanguine regio ſunt nobilio=
res ꝗto ergo natura humana eſt no
bilis quia eſt de progenie dei et iun=
cta cum deitate.

Tertius effectus eſt dyabolica pote=
ſtas eſt refrenata. auguſtinus deci=
mo tertio de tri. non audent demo=
nes ſuper homines accedere eo ꝙ
deus eſt homo deus depoſuit pote=
ſtatem dyaboli nunc princeps mun=
di huius eijcietur foras.

M.E.C.D. 2016

¶ Quartus effectꝰ eſt vita eterna no
bis collata eo ꝙ facta eſt incarnatio
porta celi eſt aperta quis aperuit cla
uis dauid.i.chriſtus claudit et nemo
aperuit aperit ⁊ nemo claudit.iſta er
go natiuitas eſt mirabilis iſtis ratio
nibus. Amen.

¶ Sermo die dñica poſt natiuita
te in die ſancti ſtephani de mane

Lenus gratia et fortitu=
dine vidit gloriā dei actuū
vi.et vij.recitatiu et officia
liter in epiſtola preſentis ſolempni
tatis. Ariſto.in primo elencorū om
nes transferētes ſecunduꝫ aliquam
ſimilitudinem transferunt.vnde trā
ſfertur natiuitas ſanctorum ad ſimi
litudinem puerorum nouiter naſcē=
tium propter quadrupliceꝫ defectū
patiuntur enim exiſtentes in vtero
matris quadruplicem deffectū.Pri
mo amplioris loci ad manendū. Se
cundo habent defectum vberioris
cibi ad comedendum. Tertio ampli
oris aeris ad reſpirandum.Et quar=
to habent defectum amplioris lumi
nis ad videndum dicit ariſto.ꝙ trāſ
ferentes ſecundum aliquā ſimilitu
dinem trāſferūt et q̄r eſt ſimilitudo
inter natiuitatē ſtephani et pueri.iō
transfert vna ad aliam eſt hodie na=
tiuitas ſancti ſtephani.⁊ quomō fuit
ipſe natus tali die nō.ſed dicitur na=
tiuitas eius ad ſimilitudinē natiuita
tis pueri venientis in mundū.infan
tes eni primo in vtero matris habēt
defectū āplioris loci ad manendū q̄r
ſunt nimis ſtricte.ſic ſancti qui ſunt
hic in terra querunt maiorē locuꝫ .i.
paradiſuꝫ ſapientie xi. tanꝙ momē
tum ſtatere eſt orbis terraꝝ corā te
ꝓpheta. o iſrael ꝙ magna eſt domꝰ
tua et locus poſſeſſionis tue paulus
cupio diſſolui et eſſe cum xp̄o iſtud
poteſt dicere beatuſ ſtephanus.ſicut
enim puer quādo eſt extra vētrē ma
tris capit maioreꝫ locum ſic beati q̄
ſunt infra terraꝫ querūt habere ma
ioreꝫ locū.i.paradiſuꝫ iſte mūdus eſt
tanꝙ momētū ſtatere.i. ꝑua lingua
que demōſtrat qñ ſtatera eſt ita de
vno latere ſicut de alio ⁊ hoc in ꝯpa
tione paradiſi ita ꝙ totus mundꝰ nō
eſt ita magnus ſicut pila in cōparati
one celi empirei.Secundo habēt de
fectum cibi ſunt enim pauperrime
multi pueri in vtero matris.viuunt
enim ex tota vilitate ſunt exiſtentes
in terra querunt aliū cibum:habent
enim panem vinum et ſic de alijs.et
iſte cibus nichil eſt in cōꝑatione ci=
bi celeſtis ꝓpheta ſaciabor cū appue
rit gloria tua ꝓpheta ſicut cervꝰ deſi
derat ad fontes aquarum ſic anima
mea ad te deus aug.inquietū eſt cor
meum donec quieſcat in te. Tertio
habent defectuꝫ amplioris aeris ad
reſpirandū. ſi mater haberet naſuꝫ
clauſuꝫ et os puer moreret̃ in vtero
matris:quia nō poteſt reſpirare niſi
mediante matre. ſic ſancti querunt
reſpirare. quando deprecamur deū
pro illis qui ſunt in purgatorio que=
rimꝰ deo ꝙ det eis ꝑadiſuꝫ vt hēant
maiorem aereꝫ ad reſpirādū.Quar
to habent defectū maioris luminis
ad videndum querit ergo venire ex
tra vt videat.ſic ſancti qui ſunt i hoc
mundo querunt videre et nichil vi=
dent in comparatione viſionis dei
quia videre bona temporalia nichil
eſt in cōparatione viſionis dei.ideo
ſanctus ſtephanus cupiuit omnia
iſta in morte ſua et eſt primus natuſ
et eſt primꝰ qui intrauit regnum dei
militāter .i.eſt primus miles qui in=
trauit paradiſum martir qñ veniet
in die iudicij vbi deus iudicabit ma=
los primus martir erit beatus ſte=
phanꝰ ⁊ portabit verillū martirū ipſe
docuit nobis viā martirij plenꝰ grã
ſtephanus vidit gloriā dei ⁊c. In iſto
ſermone erūt due ꝑtes.Prīa tangit̃
per hoc ꝙ dicit̃ plenus grã. Scđa ꝑ
hoc ꝙ dicitur vidit glͥam dei plenꝰ
grã ⁊ fortitudine fuit beatꝰ ſtephanꝰ
recitat̃ actuū apoſtoloꝝ ꝙ multe mu
lieres fuerūt ꝯuerſe pꝰ aſcēſionē dñi

A
Infantes in
vtero mr̄is
indigent de
m̃tis et ap
ꝓpat̃ bea-
to ſtephano

M.E.C.D. 2016

et chriſtiani creſcebant in iheruſalez
et dixerũt apoſtoli nõ eſt bonũ relin=
quere verbum dei et miniſtrare mẽ=
ſis.i.miſtrarẽ cibaria iſtis xp̃ianis io
eligamus ſeptẽ qui miniſtrabũt eis
et factũ eſt murmur mulieruz greca
rum et de iheruſalẽ qꝛ ille de grecia
nolebant ꝙ ille de iheruſalem mini
ſtrarent eis cibum ideo apoſtoli ele
gerunt ſeptem de quorum numero
beatus ſtephanus fuit vnus et mini
ſtrabat viduis eo ꝙ erat virgo mẽte
et corpore et faciebat prodigia et ſi=
gna magna in populo.ſed demõ cõ=
gregauit ſynagogam qui vocabanẽ
libertinorũ ⁊c.et iſti diſputauerũt cõ
tra eum et viderũt faciem eius pul=
cherrimã dum viderunt ꝙ nõ pote=
rãt reſiſtere ip̃i adduxerũt quattuor
falſos teſtes ꝯtra eũ dicẽtes ꝙ bla=
ſphemauerat deũ et teſtes quãdo vi
derunt eum neſcierũt quid dicere.et
dũ viderũt hoc fremuerunt dẽtibus
in eum et duxerunt eũ extra ciuitatẽ
ad lapidãduz ⁊ ip̃e eleuauit oculos
et vidit celos aptos et vidit iheſum
ſtantẽ.i.adiuuantẽ xp̃i ſtantis eſt ad
iuuare et xp̃i ſedentis eſt iudicare et
quia nolebat eũ iudicare.ſed iuuare
ideo ſtabat et qñ lapidabant eum di=
cit ſtephanus dñe ſuſcipe ſpiritũ me
um et genibus flexis clamauit. dñe
B ignoſce illis qꝛ neſciunt quid faciũt
Queſtio. Iſte eſt textus epiſtole. Pro declara
tione prime partis queritur quomõ
ſtephanus dicitur plenus gratia et
videtur ꝙ nõ quia capacitas anime
eſt in potentia ad recipienduz tantaz
grãm ſicut anima chriſti:ſed clarũ
eſt ꝙ nulla aĩa habuit tantam grãz
quantam habuit anima chriſti.ergo
et cetera Pro ſolutione queſtionis
doctores dicũt ꝙ eſt quadruplex ple
nitudo. Dicimus de chriſto ꝙ habu
it gratiaz in ſummo .de maria Aue
grã plena. De apoſtolis repleri ſunt
omnes ſpũ ſancto et d̃ ſtephano ple
nus gratia.pro quo nota ꝙ eſt qua=
druplex plenitudo gratie. Prĩa ple=
nitudo gratie dicitur influentie et ẽ

plenitudo fluminis et iſta eſt in chri
ſto p̃s. Flumẽ dei .i.aĩa chriſti reple
ta eſt aquis id eſt gratia Alia eſt ex=
cellentie et iſta fuit in maria virgine
cañ.ſcdo. Fons ortorum pute⁹ aqua
rum venientium de lauacro Alia ẽ
riuorũ ⁊ eſt plenitudo abundãtie.p̃s
Riuos eius inebrians multiplica ge
nimina eius ⁊c. Alia eſt ſufficientie
et iſta eſt omniuz electorum.quar=
ti regum quarto. pete vaſa non mo
dica et imple ea oleo.anima chriſti ẽ
ſicut riparia magna de qua prata ro
rata ſũt .i.omnes chriſtiani de pleni
dine ei⁹ omnes acceperũt fons ple=
nus eſt maria que eſt plena gratia ſi
cut fons et apoſtoli ſunt pleni ſicut
vaſa que portant de fonte et de ri=
paria.et omnes electi ſunt ſufficien=
ter pleni gratia .et beat⁹ ſtephanus
habuit quadruplicẽ plenitudiez grẽ
p̃rio hũit plenitudiez efficiẽtie in doc
trina qꝛ plenus gratia. habuit pleni
tudinem excellẽtie in ꝓdigijs et mi
raculis.habuit plenitudinem abun
dantie in dilectione inimicorum ha
buit plenitudinem ſufficientie in fi C Stephan⁹
de recta et certa operatione.beatus hũit q̄dru=
ſtephanus primo habuit plenitudi= plicẽ pleni=
nem efficiẽtie. apoſtoli predicabant tudinẽ grẽ.
infidelibus.ipſe vero predicabat vi=
duis chriſtianis et nutriebat eas ſp̃
in lege chriſti.ideo vidue debent ha=
bere eum in orõnibus ſuis tanꝗ̃ ad
uocatum. Secundo habuit plenitu
dinem excellentie in prodigijs et mi
raculis. Aug.in libro ſcdo de ciuita
te dei recitat ꝙ erat mulier vidua ha
bens duodecim pueroſ qui faciebãt
ei multa mala:ſemel mater maledi
xit eis et puniti ſunt cõtinuo ꝙ om
nes paſſi ſunt vnam malam infirmi
tatem poſt venerunt duo ad quandaz
eccleſiam et fiebat feſtum beati ſte=
phani tunc ipſi poſuerunt iſtos du=
os pueros ſuper altare beati ſtepha
ni et ipſi ſanati effecti ſunt et reuer=
ſi ſunt ad matrem et dedit eis bene=
dictionem. Tertio habuit plenitudi
nem abundantie in dilectione inimi

M.E.C.D. 2016

coꝝ.vultisvidere popule mortez
chriſti et mortem ſtephani aſſimila=
ri quandovoluerunt interficere chri
ſtum fuit ductus extravillam:ſic be
atus ſtephanus.chriſtus orauit deũ
ꝓ perſequẽtibus eum ſic beatꝰ ſte
phanus.Similiter chriſtus cõmen=
dauit aĩam patri.ſic beatus ſtepha=
nus.ſi ſtephanus non oraſſet eccl'ia
paulum non habuiſſet ita ꝙ dicitur
ꝙ paulus fecit lapidare ſtephanum
ſed propter orationez eius dicitur ꝙ
deus dedit inſpirationem paulo pp
quam paulus conuerſus eſt. Sunt
multi modo qui nolũt indulgere vi=
cinis q̃ eis fecerũt aliq̃d minimũ di
ſplicitum qualiter vis hr̃e paradiſũ
et non vis indulgere. vide beatum
ſtephanum qui pepercit mortem et
orauit pro illis qui interficiebant eũ
niſi abundauerit iuſticia vr̃a plus ꝙ̃
ſcribaꝝ et phariſeorũ nõ itrabitis re
gnũ celoꝝ phariſei diligũt ſe mutuo
et ꝑcũt ſibiĩuicẽ vos aũt nõ.iõ nõ fa
citis ea q̃ ipſi faciũt quõ ḡ iuſticia ve
ſtra abundat.Quarto hũit plenitu=
dinẽ ſufficiẽte ĩ fide et recta opatõe
ꝓ quo nota treſ virtutes ſingulares
et excellentes que reperte ſunt ĩ ſan
cto ſtephano Prima eſt mũdicia ſi=
ue virginitas.ideo intuebantur faci
em eius tanq̃ faciem angeli.habet
tres aureolas quas non hꝫ petrus
primo aureolam virginum martiꝝ
et doctorũ.ſcd̃a virtꝰ eſt xp̃itatis non
poterãt reſiſtere ſapiẽ que loquebat̃
quare q2veritas vincit ſi nõ vicat co=
ram hoĩbꝰ vincit tamẽ corã deo.Ter
tia ẽ virtꝰ fortitudinis.fortitudo non
eſt hr̃e corpꝰ firmũ:ſꝫ reſiſtere pctõ
qñ quis bene reſiſtit tẽptatõibꝰ dya
boli ille eſt fortis.ſctũſ ſtephanꝰ fuit
fortis q2 vt dr̃ actuũ vi.qñ impoſitũ
eſt ei ꝙ blaſphemauerat deũ ⁊ moy
ſen et dicebant ꝙ dixerat ꝙ moyſes
erat dãpnatꝰ habuit paciẽtiã in oĩbꝰ
iſtis et qñ videbat venire lapides ad
eum gaudebat.lapides torrẽtes illi
dulces fuerunt.docuit enim nobis
ꝗter paradiſi ſequamur ḡ euz et ſic hẽ

D
Nota tres virtutes reperte ĩ ſancto ſtephano.

biĩmꝰ gr̃iaz dei quã nobis ꝯcedat ⁊c.

¶ Sermo eadem die poſt prandiũ.

Plenus gratia et fortitu=
dine vidit celos apertos
actuum.ſexto ⁊ ſeptimo.
ca. prouerbiũ cõmune eſt vbi amor
ibi oculus et aliud dicit ꝙ quattuor
ſunt que minime abſcondi poſſunt.
ſcilicet ignis tuſſis ſcabies et amor.
quattuor excitãt ad reſpiciendũ id in
quo amor eſt.Primo ad amicum.
Secundo ad theſaurum.Tertio ad
auxilium. Et quarto ad domiciliuz
et iſta quattuor ſunt ĩ ſancto ſtepha
no qui aſpexit deũ ſtantem a dextris
virtutis dei qui omnia reliquit.ecce
reliquimus omnia et ſecuti ſumus
te.Primo ad theſaurũ matthei.vi.
vbi theſaurus tuus ibi et cor tuum
erit.Secundo ad auxilium in.pſ̃.le
uaui oculos meos in montes vnde
veniet auxilium michi.ad te leuaui
oculos meos qui habitaſ in celis.ad
domiciliuz tanq̃ ad requiem video
celos apertos.celum eſt locus pacis
pſalte ſexageſio ſexto.De prĩo dicitur
ꝙ vbi amor eſt ibi eſt oculus tuus ſi
diligas aliquẽ tu reſpicies eum fre=
quenter ſunt etiaz quattuor que nõ
poſſunt celari. ¶ Primo ignis ſi ſit
ignis in vna camera fumus appare
bit et denotabit ignem eſſe. ¶ Secũ=
do tuſſis nõ poteſt celari quia ſi q̃s
habeat tuſſum imediate demõſtrat.
¶ Tertio ſcabies nõ poteſt celari q2
ſi quis ſit ſcabidus immediate ver=
rat ſcabiẽ ſuam et demonſtrat.ſimi=
liter amor non poteſt celari amor ne
ſcit modum amor non poteſt celari.
ſanctus ſtephauns nõ potuit celare
amorem ſuum quia continue reſpe
xit in celum vbi erat amor eius non
fuit fruſtratꝰ q2 vidit ſaluatorẽ ſedẽ
tẽ a dextris virtutis dei.ad q̃ttuor reſpi
cit. ¶ Prĩo reſpicit ad amicũ. ¶ Se=
cundo ad theſauꝝ. ¶ Tertio ad auxi
lium. ¶ Quarto ad domicilium.De
primo amor creature debet eẽ ad de=
um.diliges dominum deum tuum.

B
Sunt quattuor q̃ non poſſunt abſcondi.

M.E.C.D. 2016

bernard⁹ iheſus ē dulcis amicus ad
iutor fortis conſiliarus prudens in
magna neceſſitate ſācti ſtephani ip=
ſe reſpexit amicum ſuum.id eſt chri
ſtum ſtantem a dextris.De ſecundo
vbi eſt theſaurus tuus ibi cor tuum
erit facite theſauros indeficientes
in celo.ſi vere diuites eſſe cupitis ve
ras diuicias amate.vere diuitie,ſunt
ille quas fures nō poſſūt depredari
et ſūt theſauri celeſtes.De tertio di
citur ꝙ homo in neceſſitate querit
auxilium.auxiliū meum a dñō.leua
ui oculos meos vt ſupra.
De quarto quādo hō videt tonitru=
um vel pluuiam reſpicit domuȝ vbi
ponet ſe.ſic beatus ſtephanus quā=
do erat ī magna neceſſitate.id eſt in
neceſſitate mortis reſpexit domum.
id eſt paradiſum plenus gratia ꝛc.
Preſuppoſita declaratōe ſermonis
matutinalis in p̄ſenti ſermone erūt
tres partes.pīa erit queſtio theolo=
galis circa textū vtrū purus viator in
q̄tū viator poſſit in ſtatu vie videre
eſſentiam diuinam intuitiue.Secū
da pars eſt de pfectiōib⁹ beati ſtepha
ni quo'ad virtutes quomō claruit q̄t
tuor virtutib⁹ Tertia erit de duodeci

B
Nota queſ=
tionē valde
bonam

gradib⁹ paciencie que ꝑfecerunt ſcē=
lam iacob per multas tribulationes
oportet nos intrare regnū dei.Pro
prima parte queritur vtrum purus
viator inq̄tum viator poſſit videre
eſſentiam diuinam arguitur ꝙ non
exo.triceſimo t'io.nō videbit me ho
mo et viuet poſteriora mea videbis
ratione arguitur ſic videns deuȝ eſt
beatus quia videns deum clare non
poteſt videre potentia ordinata ſine
fruitione.ſed in viſione et fruitione
ſtat beatitudo ergo nō eſt purus via
tor vidēs deuȝ.In oppoſitū eſt aug.
dicens.o beata fidei officia q̄ tantuȝ
exaltaſti martyreȝ vt ipſam conſpi=
ceret maieſtatē dicēdo ecce video ce=
los apertos ꝛc.hic eſt magna difficul
tas cum pater non appareat alicui
creature.ſimiliter eſſentia diña non
habet dextruȝ neq͡ȝ ſiniſtrum quō er
go ſtephanus vidit iheſuȝ ad dextrā
patris.Reſpondetur ꝙ ſtare ad dex
trā patris nichil aliō eſt q̄ eſſe equa
lis patri filius eſt huiuſmōi ergo ſtat
ad dextram patris et ſtephan⁹ vidit
eum ad dextram patris eſt vnus pa=
triarcha in veteri teſtamento.ſcilicet
iacob qui vidit deum vidi dominuȝ
facie ad faciem et gauiſa eſt anima
mea geñ.xxxiij.ſecūdo moyſes vidit
eum numeri.xij.ore ad os locutus
ſum ſibi.Tertio iob vidit eum iob.
vndecīo.auditu auris audiui te nūc
autē oculis proprijs ꝯſpitio te.quar
to yſaias,yſaie.vi.vidi dñm ſeden=
tem ſup ſolium excelſuȝ ꝛ ſup tronū
eius et plena erat oīs terra maieſta
te ei⁹ et oīa que ſub ipſo erant reple=
bāt templū.Iacob dormiuit et vidit
qñ ibat ad meſapotaniā vidit dñm fa
cie ad faciē moyſes loq̄bat̄ cū deo ſi
cut amic⁹ cū amico numeri,xij.ꝛ nō
potuiſſȝ hoc facere ſicut amic⁹ ami=
co niſi videret eū.iob locut⁹ eſt cum
deo ꝛ poſt vidit eū.Quarto yſa.vidit
maieſtatē dei et deū iſti q̄tuor dāt ve
rū.teſtimoniū ꝙ viator p̄t videre deū
etiā inq̄tū viator.ſūt q̄tuor in veteri
teſtamēto q̄ viderūt deū ꝛ eēntiā dinā
ſic ſūt q̄tuor in nouo teſtamēto q̄ vi=
derūt eū.prim⁹ ē.ſ.io.qñ baptiſauit
xp̄m vidit celū aptū et dicit ad me ſu
ꝑ quē videris colūbā deſcēdētē ipē ē.
Scd̄o petrus actuū.x.vidi celū aptū
et calatū deſcēdere ꝛc.ꝛ dictū ē michi
ex omni cibo comede ꝛc.Tertio pau
lus ſecūda ad cor.x.ſcio hominē ra=
ptum vſq͡ȝ ad tertium celum et audi
uit archana que non licet homini lo
qui.¶ Quarto ſanct⁹ ſtephanus vi=
dit celum apertum et iheſum ſtan=
tem a dextris virtutis dei.claruȝ eſt
ergo ex iſtis q̄tuor de nouo teſtamē
to ꝛ ex q̄tuor de veteri teſtamēto poſ
ſum⁹ ꝯcludere ꝙ viator inq̄tū viator
pōt videre deum et eſſentiā dinaȝ.ad
argumēta in pede q̄ſtionis vbi dicit̄
ergo eſt beatus:neḡ ꝯñā q̄ nō eſt
beat⁹ quando videt eū in raptu:ſȝ ſi
videret eum ꝑmanēter tūc eēt beat⁹

M.E.C.D. 2016

Bella q̄ facta ſunt cōtra ſanctuȝ ſtephanuȝ.

C modo dico ꝙ iſti octo viderunt deuȝ in raptu et non permanēter. Secunda pars facit mētionē de bello qđ factuȝ eſt cōtra ſtephanū aggreſſi ſunt ſtephanuȝ triplici bello.
Primo acri diſputatione et callida.
Secundo teſtiū falſoꝝ atteſtatione
Tertio crudeli paſſione ⁊ morte
¶ Arma ſancti ſtephani ad reſiſtēdū primo contra primū bellū ꝑ ſapiētiā q꞉ plen⁹ ſapiētia ad ſcōȝ ꝑ ſcripturā dure ceruicis reſponſionē iuxta euāgelium ieruſalē ieruſalē qui occidis ꝓphetas et eos qui miſſi ſunt ⁊c. ad tertiū bellū reſiſtendo virtuoſe ꝑ virtuoſam pacientiaȝ de qua dicetur in tertia parte. De primo dicit ꝙ primū bellū qđ habuit ſctūs ſtephan⁹ eſt q꞉ diſputauerunt acriter contra eū preſuppoſito illo qđ dictuȝ eſt de mane quomodo ſāctus ſtephanus fuit electus ad gubernandū mulieres viduas propter magnam caſtitatē quam habebat et poſt acceſſerūt ad euȝ aliqui qui dicuntur libertinoꝝ ſiremētium ⁊c. ad diſputandū contra euȝ ſȝ non potuerūt reſiſtere ſapiētie eius et ſpiritui qui loquebatur. Nota ſuper illum paſſum ieruſalem ieruſalem qui ⁊c. criſo. ſuper matheū. o ieruſalem miſi ad te yſaiā et cecaſti: ieremiam ⁊ lapidaſti: ezechielē et excerebraſti. quō ſanaberis que nullum medicum recipiſti ſed medicos occidiſti medicinam ſpreuiſti quis medebitur tibi q꞉ filiū dei vltimate occidiſti: iſti mali duxerunt beatū ſtephanū ad conſiliū ſuū ad diſputandū et nō poterāt reſiſtere ſapientie eius ⁊ ſpiritui q̄ loquebat͛ fecit miracula euidentia coram illis quare fuerunt cōfuſi. ideo aggreſſi ſunt ſcōm belluȝ. Secundo teſtium falſorum atteſtatione: adducti ſunt falſi teſtes. iiij. qui dixerunt ꝙ ipē blaſphemauerat deum et ꝙ dixerat ꝙ moyſes erat dānatus. falſus teſtis nō erit impunitus. poſt dixerunt ꝙ deſtrueret templum ſalomonis et in triduo reedificaret ſicut dicebat criſtus. ad primuȝ reſpondit. magnificauit deum et dicit ꝙ nonvellet blaſphemare deuȝ ſȝ magis vellet mori. de ſecundo dixit ꝙ moyſes erat amicus dei ⁊ nō erat dānatus. de tertio dixit ꝙ criſtus poterat facere ſed non ipſe: et tunc facies eius fuit facta clara ad modum angeli quod fit primo incutiendo terrorem ſicut conſueti ſunt angeli terrere homines in principio. Secundo oſtendendo innocentiam vel dulcedinem ad modū angeli. Tertiū bellū crudeli paſſione ipſi vidētes ſtephanum ſic reſpondentem neſcierūt qđ dicere ſed duxerūt eū extra villā ad lapidandum eū de quibus prefectus illoꝝ erat ſanctus paulus. queritur vtrū ſanctus ſtephanus velit ei nūc malū in paradiſo nō: nō eſt ſicut multi qui nolunt parcere inimicis ſuis: ſunt multi qui dicunt ſi ego ſcirem ꝙ talis eſſet in paradiſo non irem tu non ibis ſed ibis ad infernuȝ. augu. dicit non putetis malos fruſtra eſſe ſuper terraȝ et nichil de eis agere deus. poſſetis querere quare deus dimittit malos ſuper terraȝ. dicit aug. ꝙ deus non dimittit eos fruſtra ſuper terram ſed dimittit eos vt cōuertantur vel vt per eos boni exerceantur. deus dimiſit paulū ſuper terrā vt cōuerteretur. quare dimittit illos qui nunꝙ conuertentur. dicit ꝙ hoc eſt vt boni per eos exerceātur. deus dimittit virum malum vni bone mulieri vt ipſa habeat maius meritū apud deū ſuſtinendo tormenta q̄ vir eius faciet ei. qn̄ ergo viderunt ꝙ nō poterant eum habere per diſputationem nec per falſos teſtes duxerunt eum extra villā et lapidauerunt euȝ ipſe vero reſpexit in celū ad amicuȝ ſuum. ad domū ſuā ſcȝ ad paradiſuȝ ad thezaurū ſuū et noluit tacere ⁊ dicit. ecce video celos apertos facitis ſicut patres veſtri implete menſuram patrū patres veſtri interfecerunt criſtum et multos ꝓphetas vos xp̄o me interficitis. video celos apertos pro ſui receptione. Jeſum pro ſui attra=

D Stephan⁹ vidit celos apertos

Nota bene

ctione. ſtantem pro ſui adiuuatione a dextris dei ꝓ ſui glorificatione. Dicit video celos apertos vt recipiar: tunc dixerunt blaſphemat et protecerunt lapides contra eũ: tunc ipſe cõmendauit ſpiritũ ſuũ deo. dñe cõmẽdo tibi ſpiritum meuꝫ. Secundo genibus flexis rogauit pro illis qui eũ lapidabant. vbi dicit augu. ſi ſtephanus non oraſſet eccleſia paulum nõ haberet ſed eſſet damnatus in inferno. Tertio excuſauit dicẽs dñe ignoſce his qꝛ neſciũt q̃d faciunt: ſicut deus excuſauit ⁊ orauit pro illis qui eũ crucifixerunt. ſic ſanctus ſtephanus orauit pro illis qui euꝫ interfecerũt.

¶ Sermo die lune de mane in die ſancti iohannis.

Aquila grandis venit ad libanum et tulit medulam cedri. ezech. xvij. et ad laudẽ ſancti iohan. euan. pro themate preſentis ſermonis aſſumuntur. Beati mundo corde qm̃ ipſi deum videbũt mat. v. vbi dicunt doctores ꝙ beati dicuntur mundi corde non exterius ſicut ypocrite mat. xxiij. ve vobis ypocrite qui mũdatis que foris ſunt ⁊c. nec qui ſunt mundi corpore qꝛ mar. xij. dicitur ꝙ malignus ſpiritus inuenit eam non ſcopis mundatã ⁊ ingreſſus eſt ibi et fiunt nouiſſima peiora prioribus.

A. Tres ſunt maneries hominũ q̃ mundãt ſe

Illi mũdi ſunt corde ſi ſit ratõalis ſine errore decipiente.
Concupiſcibilis ſine amore male inflammãte.
Iraſcibilis ſine timore male humiliante.

Unde apoſtolus volens docere differentiaꝫ hominũ dicit beati mũdo corde ⁊c. et dicunt doctores ꝙ ſunt tres maneries hoĩm qui mundant ſe. primi mundant tm̃ veſtimẽta. alij mundant corpora et nõ veſtimẽta. alij nec mundãt corpus nec corda: ſunt multi qui die natiuitatis luſerunt in cartulis ⁊ non curãt ymo ꝙ habeant indumenta pulchra. iſtis dicit deus ve vobis ypocrite ⁊c. alij mundauerunt tantũ corpus iſti nõ ſunt digni habere paradiſuꝫ. habetur math. xij. malignus ſpiritus inuenit animã nõ ſcopis mundatam et ingreſſus ibi vt ſupra. beati ergo mundo corde et quid oportꝫ cordi ad hoc ꝙ cor ſit mundũ.

Primo ſit rationalis ſine errore decipiente.
Secundo ſit ꝯcupiſcibilis ſine amore male inflammante
Tertio ſit iraſcibilis ſine timore male humiliante.

¶ De primo vt eſt vna mulier dicens ſi habeam aliqueꝫ errorem contra deum ego nolo mori in illo errore de ſecundo nolo ꝓpter amorẽ mundanum agere aliq̃d cõtra deũ. de tertio ſi veniat michi tribulatio ego portabo illã pacientẽr. beati ergo mundo corde de q̃bus ſanctus iohãnes euãgeliſta inter alios hoĩes fuit mũdus corde et corpore eſt aq̃la magna que iuit ad libanum. i. a la foreſt. et traxit medulã cedri. i. illius arboris ⁊c. Nota ꝙ ẽ textus trũcatus qui allegatus eſt ⁊ ſic ẽ in textu ſine parabola aquila grãdis magnarũ alarũ lõgo mẽbrorum ductu plena plumis et varietate venit ad libanũ et tulit medulã cedri. dicit deus ezech. eſt vna aq̃la grãdis ⁊c. eſt diuerſorũ colorum et plena plumis abundanter venit ad libanũ et elegit maiorẽ arborẽ. i. cedrũ ⁊ findit eũ ⁊ tulit medulam cedri. magna aq̃la eſt ſan. io. ezech. iiij. apoc. prio. ſimilitudo quattuor aĩaliũ facies aq̃le deſuper ſanctus mathe⁹ ẽ ĩ facie hoĩs ſactus marcus in figura leonis. ſanctus iohãnes euãgeliſta in figura aq̃le. ſanctus lucas in figura vituli. ⁊ inter oẽs ſanctus iohãnes euangeliſta locutus ẽ de diuinitate cũ dixit in principio erat verbũ et venit ad diuinitatem ⁊ traxit medulã diuinitatis ⁊ narrauit nobis cũ dixit tres ſunt q̃ teſtionium dãt in celo pater verbũ ⁊ ſpiritꝰ

B. Tria requiſita ad hoc ꝙ cor ſit mundum.



M.E.C.D. 2016

tuſſanctus et hi tres vnū ſunt ꝛ nun
ꝗ aliqs in teſtamēto antiquo fuit q̄
doceret nobis diuinitatē talē qualeꝫ
eſſet ſicut fecit ſanctus iohānes. pro
aliquali declaratōe ſancti iohānis q̄
cōparatus eſt aqle ꝑ hyſtoriā ezek. et
per illud qđ ſcriptū eſt in apoc. in pri
mo ca. vbi dicit ꝙ ſanctus iohānes
eſt aqla grādis q̄ traxit medulā de ce
dro. De mane dicemus de aqla grā
di quaꝛ ſanctus iohānes euāgeliſta
eſt aquila grandis et dicitur aquila
quinq̄ rationibus.

Prima eſt propter ſpecioſitatē
Secūda ꝓpter generoſitatē
C Tertia ꝓpter ſubtilitatē
Quarta ꝓpter viſus acuitatē
Quinta ꝓpter volatus velocitatē.

Sāctus iohānes dicitur aqla ꝓpter quinq̄ rationes.

Primū oſtēdit in tribus. pmo in alarum magnitudine. In membroꝝ lō
gitudine. In plumis plenitudine
¶ De pmo dicit ꝙ pulchritudo aqle
monſtrat in tribus. Primo q: habet
mēbra lōga. Scđo habet magnitudi
nem alarū magis ꝙ alie aues. et ha
bet plenitudinē plumarū. magnitu
do alaꝝ eſt ſubtilitas ingenij. dicit
aug. de ſctō iohāne ſi altius volaſſet
oēs angeli eū capere non potuiſſent.
vſus nō cognouit ideo neſciuit ange
lus nō noſcit. i. ideo nō cognouit nec
angelus ſciuit qđ ſctūs iohannes di
cit de diuinitate. hūit ergo magnas
alas ſanctus iohānes vocatus eſt iu
nior oīm apoſtoloꝝ et fuit vltimus
mortuus habet ergo magnas alas.
habet plenitudinē plumarū. i. virtu
tem q: fuit plenus virtutibus tu nō
inuenies virtutē aliquā in quocunq̄
alio q̄n fuerit in ſancto iohāne euan
geliſta. fuit propheta prophetauit in
apoc. perſecutiōes q̄ d. bēt venire in
fine mundi. eſt euāgeliſta vnus de q̄t
tuor. petrus eſt apoſtolus ſꝫ nō ē euā
geliſta nec virgo. ſanctus iohannes
fuit apl's et virgo. euāgeliſta dicit ſe
cretarius dei et ſolū fuerūt. iiij. de q̄
bus ſanctus iohānes fuit maior be
atus apl's cui reuelata ſunt ſecreta
celeſtia ſtephanus fuit martir ita ſā
ctus iohānes q: fuit poſitus in dolio
pleno oleo calidiſſimo. ſanctus aug.
fuit doctor ita ſanctus iohānes ē do
ctor i canonica ſua qđ vidimus ab in
itio ꝛc. fecit tres epiſtolas eſt bñ mu
nitus plumis. i. virtutibus ſancta ka
therina ē virgo ſic ſanctus iohānes
eſt virgo virginuꝫ. virgo maria fuit
ei data in cuſtodia q: erat virgo per
fectiſſima. Scđo ꝓpter generoſitatē
in quo monſtrat nobilitas aqle in tri
bus. primo. Circa nidum non venat

D Proprietates aquile

Predam alijs ipartitur. Pro ſalu
te filioꝝ morit. Nunq̄ accipit predā
prope nidū ſuū. ſanctus iohānes ve
natus eſt lōge et nō ꝓpe q: venat⁹ ē
in celo fuit i dieb⁹ herodis ſacerdos
nomine zacharias dicit lucas. Scđo
aqla q̄n accepit predā nunq̄ comedit
eam ſola ſed oībus qui ſequunt eaꝫ
diſtribuit et quid habemus quin ha
beamus a ſancto io. audiuit archana
verba q̄ nō licet hoi loq̄: nunq̄ aliqs
homo nec de nouo teſtamēto nec de
veteri dimiſit ea q̄ ſciebat tm̄ ſicut fe
cit io. euan. Fluenta euāgelij de ipſo
ſacro fonte potauit. ipe cognouit no
men patris filij et ſpūſſcti ꝛ poſuit di
ſtinctionē inter illos et dimiſit nobis
i. reuelauit hoc qđ vidit cū dicit v͂ ver
buꝫ caro factuꝫ ē. Tertio aqla morit
pro paruulis ſic aqla ꝓuocās ad vo
landum pulos ſuos et ſuꝑ eos voli
tans ꝛc. ſi ſit aliqs volēs eos interfi
cere aqla ponit ſe ante ictū et recipit
eū et morit ꝓ ſuis. ſic beatus io. euā.
reſuſcitauit duos mortuos vnus he
reticus dicit ei ſi reſuſcites iſtos du
os mortuos ego credā in deuꝫ tuum
ſanctus io. fuit cōtentus ꝛ ſuſcitauit
eos et accepit ( la poyſon ) de quo illi
duo mortui erāt ꝛ nō mortuus eſt vn
de poſuit ſe prope mortem et poſuit
ſe inter ictū illius infidelis et criſtia
nos. Tertio ꝓpter ſubtilitatē que at
tēdit tripliciter Paruulos volare in
ſtruit. Nidum in ſublimi vel in tuto
ſtabilit. lapidē in nido ponit ad fugā
dum ſerpētes. Aquila ē ſubtilis. pri
mo q: quando fecit paruulos alique

E Subtilitas aqle monſtrat in tribus

alie aues volentes ſibi malū appor-
tant ſerpentes in nido ſuo ad facien
duꝫ mori paruulos ſuos ſed ipſa va-
dit ad querendū vnū lapidē habentē
virtutē faciendi mori ſerpentē ⁊ por-
tat in nido ſuo ſic beatus iohannes
ſabellin⁹ arrianus venerat quis in-
fidelis arrian⁹ ⁊ dicebat quō verbuꝫ
accepit carnē ⁊c. aliqui dixerūt ꝙ de
tulit corpus de paradiſo. aliȷ̄ ꝙ nō ha
bebat animaꝫ vltra diuinitatē. aliȷ̄ ꝙ
pater erat maior filio: ſed beatus io-
hannes apportauit lapidē precioſuꝫ
contra iſtos infideles et ſerpentes et
dicit verbū caro factū eſt pater ⁊ ego
vnum ſumus. Secundo pulos vola
re inſtruit prīa io. ſcdo. filioli mei mo
neo vos vt non peccetis qui facit pec
catum ſeruus eſt peccati diligatis in
uicem hec mādo vobis, videatis epi
ſtolas ſancti iohānis ſunt de dilectio
ne docuit ergo nos ad volanduꝫ poſt
chriſtuꝫ: tres ſunt qui teſtimoniū dāt
in terra ſanguis caro et ſpūs. Ter-
tio nidum in loco tuto ſtabilit nō fa-
cit nidum in itinere ſed in aliquo lo-
co vbi quis nō pōt ire. ſanctus iohan
nes fecit niduꝫ ſuū ꝓpe virginē glo
rioſam q̄ ſicut fuit ſemꝑ ꝓpe eaꝫ in
terra credo ꝙ eſt prope eaꝫ etiā in ce

F — Aquila clariſſime vidꝫ

lo. Quarto in viſu acuitatē ⁊ cōtinet
tres partes. Primo cum eſt in celo ⁊
volat piſces in aquā videt. Irreuer-
beratis oculis ſolem reſpicit. In ſe-
nectute plumas in fōte deiȷ̄cit. Aqui
la enī reſpicit ſolē multo tp̄e irreuer
beratis oculis. qū etiā eſt alte in celo
videt piſces in mari. Tertio qū eſt ſe
nex vadit ad fonteꝫ et lauat plumas
ſuas et deiȷ̄cit eas omnes et poſtmo
dum veniunt noue. ſanctus iohānes
erat in terra et videbat in celū q̄ co-
gnouit maieſtatem dei. Vidit ſolem
.i. deum irreuerberatis oculis. i. non
dubitādo aliquo modo. ſimiliter cre
do ꝙ excepta virgine maria non eſt
aliquis ſāctus qui fuerit renouatus
niſi ipſe ſanctus iohannes. deus ve-
nit ad eum in ſenectute et dicit ei ve
ni mecum et aliqui dicunt ꝙ tranſla
tus eſt in paradiſum in corpore et in
anima. aliȷ̄ dicunt ꝙ fuit ſepultus an
te altare quicquid ſit credo ꝙ ſit re-
nouatus .i. ꝙ ſit in corpore et aīa in
paradiſo. Quinto ꝓpter volatus ve

G — Velocitas aqle oſtendit in duobus

locitatem ſecundi re. prio. aquilas ve
lociores. ⁊ hoc dupliciter propter vo
latus ſubtilitatem ꝓuer. primo. Tria
ſunt michi difficilia. via aquile in ce-
lo ꝓpter volatus infatigabilitatem.
yſaie. xx. Volabunt et non deficient
ſicut aquila volat citius q̄ alie aues
ſic ſanctus iohannes volauit citius
aliȷ̄s q̄ primo venit ad deum et fuit
ii. nior vocatus. ſanctus iohānes ſub
tiliter volauit et infatigabilr̄ in paſſi
one chriſti omnes apoſtoli fugerunt
ipſe vero ſtetit in pede crucis volauit
ergo infatigabiliter. Amen.

¶ Sermo eadem die poſt
prandium.

Quila grandis venit ad li
banum et tulit medulam
cedri. ezech. xvȷ̄. ariſt. in ter-
tio de anima dicit ꝙ excellens ſenſi-
bile corrumpit ſenſus et ꝙ ſenſibile
